SIGISMUNDI A SANCTO SILVERIO ... GRAECAE, ET LATINAE LINGUAE...

Sigismondo : di S.Silverio

Digitized by Google

6
3-a
26

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
3 C
42

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

GRAECAE, ET LATINAE LINGUAE ORTHOGRAPHICAE OBSERVATIONES.

Digitized by Google

Digitized by Google

SIGISMUNDI
A' SANCTO SILVERIO
Cleric. Regul. Pauperum Matris Dei
SCHOLARUM PIARUM.

GRÆCÆ, ET LATINÆ LINGUÆ ORTHOGRAPHICÆ OBSERVATIONES,

Adjectis etiam Italicæ, Hiſpanicæ, Gallicæ, aliarumque Linguarum interdum Obſervationibus.

ROMÆ, M.DCCIX.

Typis Dom. Ant. Herculis in Via Parionis.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISS. AC REVERENDISS.
PRINCIPI

D. THOMÆ RUFO

S. R. E. Presbytero Cardinali

Tit. S. Mariæ Tranſtyberim

AEMILIAE LEGATO.

SIGISMUNDUS A' S. SILVERIO
C. R. Paup. Matris Dei Schol. Piarum
P. F. P.

GRATULABAR mihi olim jure quidem merito, EMINENTISS. PRINCEPS, quòd inclytum Adoleſcentem, Nepotem Tuum prædilectum D. Antonium Rufum mihi jam humanioribus literis domeſticè imbuendum commiſiſſes.

Digitized by Google

eſt, mea tantùm executio? Hoc etiam munuſculo benignitati Tuæ locum faciam amplissimum; quum illud excipias humiliter abſolutum, quod proculdubio altiùs excogitaveras. Attamen tantum ex Te mihimet ſperare fas eſt, ut jam hîc illud conſultò prætercam, quod ad captandam Mecænatum benevolentiam cæteris Scriptoribus religioſiſſimè oportet inquirere, Generis videlicet amplitudinem. At in maximam quidem injuriam Tibi ceſſuram arbitrare laudem illam, quam plerique in partem ſpeciminis revocant. Quid enim de hoc poſſem referre, quod non ſit jam per omnium ora commune? Habeo ſanè famam ipſam loquaciſſimam ſilentii obſequentis interpretem. Quod nec volenti præterire non licet, maxima eſt Æmiliæ felicitas, quæ in Te Apoſtolicæ Sedis Legato Patrem potiùs experietur, quàm Principem. Videor jam lætabundam audire, feſtivo plauſu Te velut auſpicem excipere; cujus amore, ac providentiâ teterrimum calamitatum aſpectum in præſentiſſimum fauſtitatis omen miretur inverſum. Secū illa maximo non ſine gaudio perpendit innumera beneficentię argumenta, quæ olim vicem Legati gerens, abſente ſemper, ad comprobandam regi-

Digitized by Google

minis experientiam, Legato, juvenis adhuc præbuiſti. Quot modò, & quanta ex maturâ Viri, & admirabili adeo prudentiâ ſperare non liceat? Huic igitur, Te uno, felici Provinciæ ſummopere gratuler neceſſe eſt; & mihi pariter, cui nihil jucundius unquam, nihil accidit optabilius, quàm tanti Mecænatis beneficentiam cæteris etiam communem videre. Unum adhuc ex Te obtinendum ſupereſt; ut Opuſculum hoc tanquam verè Tuum, & penè contubernalem digneris excipere; ne obſequentis imbecillitas jubentis dignitatem imminuat. De iſto verò quid dubitem? dignitatum etenim incrementum benignam illam dignationem Tuam non munivit, quin adauget. Quare ſi alias Obſervationes quondam lætâ fronte excepiſti; eandem ſortem hiſce lætabundus promitto. Vale. Romæ Idibus Octobris MDCCIX.

Jo:

Jo: Chryſoſtomus à S. Paulo Cl. Reg. Paup. Matris Dei Schol. Piar. Præpoſitus Generalis.

C*Um Librum, cui titulus*; Græcæ, & Latinæ Linguæ Orthographicæ Obſervationes *à P. noſtro Sigiſmundo à S. Silverio Religionis noſtræ Aſſiſtente Generali compoſitum, duo ex noſtris, quibus commiſſum fuit, recognoverint, atque approbaverint; ut typis mandetur, ſi iis, ad quos ſpectat, ita videbitur, facultatem in Domino concedimus. In quorum fidem &c. Datum Romę in Ædibus noſtris Schol. Piar. apud S. Pantaleonem die 24. Maij* 1709.

Jo: Chryſoſtomus à S. Paulo
Præpoſit. Generalis.

Loco ✻ ſigilli.

Alexander à Purificatione Secret.

Imprimatur ſi videbitur Reverendiſs. Patri Mag. Sac. Palat. Apoſtol.

Dominicus de Zaulis Archiep. Theodoſ.

J*Uſſu Reverendiſs. P. Fr. Paulini Bernardini S. P. A. Mag. Ord. Prędic. Opus hoc cui tit.* Sigiſmundi à S. Silverio Cler. Reg. Paup. Matris Dei Scholar. Piar. Gręcę, & Latinę Linguæ Orthographicę Obſervationes &c. *perlegi, nec quicquam rectę fidei, bonorum morum, & ſacri Indicis*

dicis canonibus quod reſiſtat, & adverſetur, in eodem agnovi: quapropter dignum cenſeo, ut publici juris fiat, in maximum, cùm ſtudioſæ juventutis, tum politioris Linguæ Latinę, atq; Græcę ſtudium amantium pabulum, profectum, atq; incrementum. In quorum fidem &c. Datum hac die 29. Jun. 1709.

Paulus Alexander Maffæus.

EX *Commiſſione Reverendiſs. P. Paulini Bernardinii Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Præd. Librum, cui tit.* Obſervationes Græcę, & Latinę Linguæ *à P. Sigiſmundo à S. Silverio Aſſiſtente Generali Cleric. Regul. Pauper. Matris Dei Schol. Piar. compoſitum, cum attentè perlegerim, nihilq; quod Orthodoxę fidei, ac bonis moribus adverſetur in eo repererim: quinimò plurima antiquâ, ac recenti eruditione refertum cognoverim; idcircò publicę utilitati, ut typis mandetur conſonum eſſe cenſeo. Romæ* xvii. *Kal. Auguſti* 1709.

Jo: Marius Creſcimbenus Can. S. Marię in Coſmedin, & Arcadię Cuſtos.

Imprimatur Fr. Paulinus Bernardinius Ord. Prædicatorum Sac. Pal. Apoſt. Mag.

IN-

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

Ex Prima Parte. De Literis.

I. De Orthographiæ Etymo, ac Definitione. Adſtruitur ſententia de pronunciatione ſcriptioni conformanda. pag. 1.
II. De Literarum Etymologia, ac definitione. pag. 5.
III. De Hebraicarum Ægyptiarum. & Chaldaicarum Literarum Inventoribus. pag 7.
IV. De Græcis, Latinis, Gothicis, aliarumque Gentium Literis, & earum Inventoribus. pag. 19.
V. De Latinarum, Græcarumque Literarum diviſione, & ordine. pag. 33.
VI. De Literarum Latinarum formâ, & ſignificatione. pag. 38.
VII: De quarundam Literarum Græcarum forma. & ſignificatione. pag. 67.
VIII. De Latinarum Literarum recta pronunciatione. pag. 79.
IX. De quarundam Literarum Græcarum poteſtate, ſeu pronunciatione. pag. 92.
X. De Italicæ Linguæ origine, ac pronunciatione. pag. 96.
XI. De Hiſpanæ, & Gallicæ Linguæ pronunciatione. pag. 118.

Digitized by Google

XII. De quarundam Literarum Latinarum in ſono proprietatibus. pag. 132

XIII. De vitioſa Literarum pronunciatione. pag. 134.

XIV. De Diphthongis Latinis, ac Græcis, earumque pronunciatione. pag. 141.

XV. De quarundam Literarum, ac Diphthongorum cognatione, ſeu permutatione. pag. 147.

XVI. De cognatione, & affinitate Græcarum Literarum, ac Diphthongorum. pag. 181.

XVII. De connexione, ac dsjunctione Literarum Latinarum, ac Græcarum. pag. 207.

XVIII. De Literarum apud Romanos compendijs. Obiter quædam de Cifris, ac Monogrammatibus. pag. 217.

XIX. De Numeris Romanorum, ac Græcorum per Literas expreſſis. pag. 230.

Ex Secundâ Parte. De Accentibus, Spiritibus, ac Figuris Orthographicis.

I. De rectâ ſcribendi ratione. pag. 243.

II. Quid ſit Accentus: quare introducti ſint: eorum tam apud Græcos, quam apud Latinos numerus. pag. 259.

III. De Accentuum Græcorum origine conjecturæ. pag. 262.

Digitized by Google

IV. Canones de Accentuum Græcorum collocatione. pag.269.
V. De proprio uniuſcujuſque Latinæ dictionis Accentu. pag.277.
VI. De uſu Accentuum in Latinis vocibus ſcribendis: ac primum Acuti. pag.285.
VII. Uſus Accentûs Gravis. pag.291.
VIII. Uſus Accentûs Circumflexi. pagina 298.
IX. De ſpiritibus, eorumque apud Græcos, & Latinos numero, & collocatione. pag.309.
X. De Syllabarum paſſionibus. pag.316.
XI. De Figuris Orthographiæ. pag.324.
XII. De Aſteriſco, & Paragrapho, aliiſque notis. pag.328.
XIII. De diverſa efformatione I, & V. vocalium, & conſonantium. pag.332.
XIV. Aliæ nonnullæ Orthographiæ Obſervationes. pag.337.

Ex Tertiâ Parte. De Interpunctione.

I. Interpunctionis neceſſitas. Ejus apud Veteres uſus, ac notæ. pag.340.
II. Quis apud recentiores notarum interpunctionis ſit numerus, ac forma. pag.349.
III. Quando Commate utendum interpungendo ſit. pag. 356.
IV. Quando utendum Semicolo, & Colo. pag. 375.

V.

V. Quando utendum puncto mobili, & periodo. pag.387.
VI. De aliis notis Interpunctioni inſervientibus; ac primuùm de Diaſtaſi, & Parentheſi. pag. 394.
VII. De puncto Admirationis, & Interrogationis. pag. 407.
VIII. De uſu Majuſcularum. pag.413.

Finis Indicis Capitum.

SI-

Digitized by Google

SIGISMUNDI A' S. SILVERIO

Ad Orthographicas Obſervationes Introductio.

I. QUum Grammatici ſit nõ ſolùm emendatè ſcribere, & loqui (utriuſque ratio conjuncta eſt ut ait Quintilianus lib. 1. Inſtitutionum, cap. 4.) ſed etiam aliorum ſcripta cenſoriâ virgâ notare; quod ſanè ab iis præſtari nequit, qui perfectam Orthographiam non noverint: amicorum exhortatione; præſertim autem Thomæ Ruſi tunc Nicæni Archiepiſcopi, & apud SS. D. Noſtrum Clementem XI. Sacri Cubiculi Præfecti, nunc verò S. R. E. Cardinalis ampliſſimi, Mecænatis mei, Religioniſque meæ preſentiſſimi ſummâ apud me authoritate commotus, Libello huic ſedulò conſtruendo mentem applicui, ea perſcrutatus, quæ docturos admonens idem Quintil. leviter attigit.

II. Hoc autem tali ratione, ni fallor, ſum aſſecutus, ut nimiam brevitatem, atque vitioſam prolixitatem devitans, legentem inſtruam, non fatigem; atque tyronibus ità placeam, ut eruditis penitus non diſpliceam. Piget ſanè pleroſque aliàs eruditos Viros, Orthographiæ prorſus ignaros inſpicere: cujus rei Magiſtros incuſandos cenſeo, qui primam, & quidem præcipuam Grammaticæ partem penitus aſpernantes, & fortaſſis ipſi ignorantes, Auditores ſuos non docent: quo fit, ut magno rei literariæ detrimento, tanquam inutilis negligatur: cui quidem malo Obſervationibus hiſce ſatìs occurriſſe ſperamus.

III.

III. *Hæc autem erit Libelli ratio ; ut non ſolùm , quæ modò in uſu eſt Orthographia explicetur , ſed interim oſtendatur , & quæ fuerit Antiquorum ſaltem frequentior : ne ſi præ manibus antiquus Codex advenerit ; turpi ignorantiâ id erroneum putetur , quod nobis recenti in uſu non eſt . Et quoniam univerſæ nobiles diſciplinæ , & quæcumq; literatura , fœcundam veluti genitricem, Græcam Linguam agnoſcunt ; præſertim verò literę humaniores , ac Latii Lingua , cui quidem prædives Mater proprias verborum opes miniſtrat ; ſine quibus illa prorſus egens jaceret inculta ; quemadmodum vel ex ipſis rerum definitionibus , ac ab eâ deſumptis etymologiis maniſeſtiſſimè apparet : Idcirco operæ pretium duximus adnotationes quaſdam ipſius Græcę Linguæ ſubnectere ; ſaltem eas , quæ neceſſarię legendis vocibus græco paſſim inſignitis charactere Latinis in Scriptoribus reperiuntur: ut Lexicorum auxilio earum ediſcatur ſignificatio : quo ad ulteriorem ex Grammaticis acquirendam cognitionem Adoleſcentium animos extimulandos confido . Undè fiet , ut ſtudium hoc adeo neceſſarium in Scholis reviviſcat ; id autem illi facillimè conſequentur , qui jam Latinæ Grammaticæ cognitionem plus quàm mediocrem fuerint adepti:* utriq; *enim* eadẽ via eſt : *ut Quintiliani utar verbis, maximumque lumen alteri ex altera . Ut magis etiam Studentium commodo inſervirem, aliquid ex aliis idiomatibus identidem attigi ; in omnibus verò P. Nicolai à Nomine Mariæ eruditiſſimi Viri præſentem opem expertus ſum : quod gratitudinis ergo cunctis teſtatum volo .*

Digitized by Google

A. M. P. I.

SIGISMUNDI A S. SILVERIO

ORTHOGRAPHICARUM OBSERVATIONUM

PARS PRIMA

DE LITERIS.

De Orthographiæ Etymo, ac Definitione. Adſtruitur ſententia de pronunciatione ſcriptioni conformandâ.

CAPUT I.

I. Ὀρθὴ, ideſt *recta*, & γραφὴ, ideſt *Scriptura*, Græcæ voces *Orthographiam* componunt: undè *Orthographus* dicitur Scriptor rectus, & emendatus; qui autem emendatè loquitur Orthoepjus ab Ὀρθοέπεια, quæ eſt recta locutio, & cum ſuavitate vocum explanatio, Quintiliano docente l. 1. c. 5. & 7. Hinc apparet *Orthoepiam* ad linguam, *Orthographiam* verò ad calamum pertinere. Porrò iſtam variè definierunt tam veteres,

Digitized by Google

quàm recentiores Grammatici: quidam enim vocem perſcrutantes exactam ſcribendi rationem, ſcientiam, aut regulam dixerunt: alii ejus munera conſiderantes, cum Vallâ, in legitimâ collatione vocalium, & conſonantium, aſpirationis, & diphthongorum conſtare affirmârunt: quidam demum minùs propriè volunt eſſe modum dignoſcendi ductus; literarumque figuras, ſcitè, ac velociter ſcribendi. Verùm Caſſiodori illam à Dauſquio relatam ex definitionibus approbarem, qui Orthographiæ nomen etiam ad pronunciationem extendens, dicit: hanc eſſe *rectitudinem ſcribendi nullo errore vitiatam, quæ manum componit, & linguam.* Quam vocis extenſionem ſecuti, noſtram ſic definitionem conſtruimus: *Orthographia eſt facultas ſcribendi, atque loquendi rectitudinem docens*: undè

Orthographus rectè, nulloq; errore notandas
Conſcribit voces, linguâq; has exprimit æquâ.

II. Jiſdem omninò literis ſcribendum, ac pronunciandum eſſe univerſalis lex eſt; *nam aliter ſcribere, & aliter prounciare vecordis eſt*, ut cum præfato Caſſiodoro inquit Papirianus. Sed hoc perpetuum nihilominus in omnium Gentium idiotiſmis non video; nam in illis interdum multa ſcribi, pauca proferri cognoſco. Et hac quidem in parte non parum exorbitant Galli in maternâ linguâ, apud quos ea eſt inter calamum, &

pro-

pronunciationem diverſitas, ut duo idiomata putes, ſi conferas. Nam ſi calamo exactiſſimè ſequeris linguam, nemo leget; ſi linguâ exactiſſimè calamum, nemo intelliget. Ad miraculum enim ſuperfluunt literæ; & ſi v. g. ſcribam *Taureau*, *Fardeau*, *Saoul &c.* *Torò, Fardò, Sul* abſciſſis literis enuncio, Tripthongoſque, ac diphthongos, monophthongos facio. Ab hac eâdem notâ Hiſpanos prorſus non eximo, quamquam iſtos, ſi cum Francis comparem, nihil peccare dicendum eſt. v. g. duo LL cuicumque vocali præpoſitæ pronunciari debent, ac ſi eſſent G, L, & I. cum vocali ſequente. Scribitur itaque *Bella*, & pronunciatur *Beglia*.

III. Quæſtio hîc oriri videtur, utrùm locutio ſequi ſcriptionem debeat, an contrà. Plato in Phædro ſcriptionem accidere ſermoni dixit, cùm librorum nullus alius ſit finis, quàm recordatio. D. quoque Octavius Cæſar Auguſtus, ut in cæteris, ita hac in re peritiſſimus apud Suetonium lib. 2. c. 88. videtur eorum ſequi opinionem, qui perinde ſcribendum, ac loquendum exiſtimant; ita, ut ſequatur calamus linguam; cui quidem obtemperandum judicat Quintilianus lib. 1. c. 6. & 7. ubi gravem rationem adducit: *Hic enim eſt uſus literarum, ut cuſtodiant voces, & velut depoſitum reddant legentibus*. Quomodo autem cuſtodient, ſi aliud ab eo, quod pro-

ferendum, demonſtrent? Hoc ſanè verum erat in Latio, ubi, ut verba, ita recta vigebat pronunciatio; quod etiam nunc Romanâ, & Etruſcâ in Regione militat. Cæteræ verò Italiæ Nationes, quò magis ab jis remotæ, eò magis neceſſe habebant, habentque pronunciationem ſcripturæ conformare: quod ut aſſequantur, Romano, aut Etruſco opus habent linguæ Doctore, ſive eo ſaltèm, qui diutius iſtis in partibus fuerit commoratus. Nam, ſi teſte Cicerone lib. 3. de Orat. Itali, vel per illa eadem tempora, quibus Latinus ſermo vigebat, à germanitate illâ, quæ Romanis erat in pronunciando abierant; & Præneſtini; jiſdem finitimi, innumeras decurtabant, vitioſèque efferebant voces, ut habemus ex Plauti Trucul. act. 3. ſc. 2. & à Lipſio obſervatum de rectâ pronunc. L. L. c. 3. Quid factum putamus tanto ſæculorum decurſu, poſt mixtionem, & jugum tot exterorum: Gothorum inquam Viſigothorum, Hunnorum, ac Vandalorum Italię imperantium? Quid autem nunc Germani, Hiſpani, Galli, Britanni, Vaſcones, Belgæ? Eorum quippe ſubobſcura latinæ linguæ nobis enunciatio, ob aliquarum literarum diverſam à noſtrâ prolationem; ut eruditè obſervavit lib. ſuæ Grammatices quinto c. 1. Verrepæus. *Polonum,* inquit, *Belgam, & Hiſpan um latinè loquentes in colloquium adhibe; vix*

qui-

Digitized by Google

quidem Latinum ſermonem intelligent , tam diſſimili vocis ſono redditum . Sed & nos omnes univerſùm ab antiquâ Latii pronunciatione receſſimus; nec tanto malo occurri ullo modo poteſt : non enim ſcribitur vox, atque pronunciatio delineatur ; & eò ſolùm boni ſumus, quòd minùs improbi , quodque nos uſus tuetur. Et ſanè quamvis à Patribus longè declinaverimus ; quia tamen minùs, quàm alii ; ideo leges, tamquam eorum hæredes, imponere meritò poſſumus.

De Literarum Etymologiâ , ac Definitione .

CAPUT II.

I. QUONIAM Orthoepiæ , ac Orthographiæ objectum omnes agnoſcunt Literas, meum eſſe video earum Etymologiam, Definitionem, ac cæteras, quæ ſunt, proprietates, vel in ipſo limine ſedulò inveſtigare. Quod, ut eâ, quam ſtatui, brevitate proſequar ; miſſa in primis faciam, quæ à Scaligero, Voſſio, aliiſque contra Priſcianum controvertuntur.

II. Literæ, ut meliores ſentiunt, à linendo vocantur, undè Linea, quæ vulgò pro verſiculo ſumitur. *Notæ* ſimiliter dicuntur, ſed minùs propriè, ex quibus Notarii denomi-

nati; *Characteres* à ſigno, vel figurâ, quam gerunt. Ad ultimum *Elementa*; congruè quidem ut notat Jo: Tortellius c. 2. Orthogr. ad elementorum Mundi ſimilitudinem; nam ſicut illa ſimplicia ſunt, & coëuntia corpus omne perficiunt; ſic & hæc conjuncta, literalem vocem, quaſi corpus aliquod componunt. Elementi verò vocabulum Tertull. lib. 5. in Marcion. Romanis acceptum refert. Diſtinxere tamen Diomedes lib. 2., & Priſcianus lib. 1. literam ab elemento; ſed promiſcuè nos, etiam veterum Scriptorum auctoritate uſurpamus. Græci γράμματα appellant ἀπὸ τῆς γραμμῆς h. e. à *lineâ*. Hinc γραμματικὸς *Grammaticus*, & γραμματικὴ *Grammatica*.

III. Quod ad Definitionem attinet Literarum, ex Junioribus Gregorius Toloſanus lib. 16. Syntaxeos c. 3. *Signa pronunciationis* dicit. Iſidorus lib. 1. c. 3. *Indices rerum, & ſigna verborum*. Voſſius lib. 1. c. 8. Artis Grammat. methodo reſolutivâ dividens Literas, ut abſolutè, aut relativè conſideratas, duplici, & quidem Philoſophicâ definitione definit. Verùm utut eas ipſe conſideret, magis Priſciano definienti cum Aldo, & Tortellio ſtandum puto, cui litera *eſt pars minima vocis compoſitæ*, ſive, ut ipſemet explicat, *conſtantis compoſitione elementorum*. Hæc enim ut minùs ſuperflua eſt, quod in definitionibus reprehenditur; ita literæ naturam clariùs explicat.

IV.

IV. Literas per Cynocephalum ſignificârunt Ægyptii; ut habetur ex Horapollinis Hieroglyp. 14. Pierio lib. 6. c. 6. quia eſt apud eos cognatio quædam, & genus Cynocephalorum, qui literas nôrunt.

De Hebraicarum, Ægyptiarum, & Chaldaicarum Literarum Inventoribus.

CAPUT III.

I. ANTE Babelicam confuſionem; terram fuiſſe labii unius, & Sermonum eorundem, cùm ex Divinis oraculis pluribus in locis, ac præcipuè Geneſ. c. 11. habeamus; nulli in dubium revocari poſſe autumarem; præſertim cùm Turri id nominis factum; *quia ibi confuſum eſt labium univerſæ terræ*. Quænam verò fuerit hæc una lingua, quâ omnes antea loquebantur, non parùm ab eruditis diſceptatum. Nos Hæbraicam fuiſſe, certis, ut ita dicam, argumentis tenere adducimur. Et primùm auctoritatibus Doctorum Hebræorum, aliorumque Patrum. Sic Hieroſolymitanus Interpres in cap. 11. Geneſ. Jonathan in ſuâ Paraphraſi Chaldaicâ. R. Selomo Jarchi, & Aben Eſra. Et in Bereſchith Baraach ſect. in Geneſ. 18. legimus. *Sicut data eſt Lex in Linguâ Sanctâ; ſic quoque crea-*

Digitized by Google

creatus eſt Mundus in Linguâ Sanctâ . Idipſum eſt in lib. Cofri orat. 2. ſect. 68. Ex priſcis Patribus Origenes homil. 11. in Numer. *Manſerit*, inquit, *lingua per Adam primitus data , ut putamus , Hebræa* . Sic Hieronym. in c. 3. Soph. omnium linguarum matricem vocat. S. Auguſt. l. 16. de Civ. Dei c. 11. & lib. 18. cap. 39. idem affirmat.

II. Præterea nec auctoritatibus tantùm; ſed veroſimilibus etiam rationibus adducor; quarum prima ex nominibus propriis ſive hominum, ſive locorum deſumitur, quæ à Mundi primordiis ad Confuſionem uſque Linguarum recenſentur à Moyſe; quorum origo Hebraica; ut in *Adam*, & *Eva* patet. Altera ex antiquis variarum gentium denominationibus, quæ ex nominibus originis plerumque Hebraicæ propagatæ ſunt, ut ex D. Hieronymi lib. de Nom. Hebr. videre eſt. Demum, tum ex ipſiuſmet linguæ caſtitate, per tot linguas diffuſæ, nihilque earum habentis admixtum; cùm ex ejuſdem veſtigiis, quæ in aliis omnibus apparent; quorum in Latinâ linguâ non pauca diligentiſſimus Jo: Henricus Alſtodius in ſuo Opere Mnemonico demonſtrat. V.g. *Grumus* eſt à gerem; *piger* à pigger; *paſſus* à paſach, vel paſah; *manna* à man; *grus* à gru; *mors* à mut; *altus* ab al; & id genus ſexcenta. Eadem ratio & de Græcis dictionibus eſt, quæ cum Hebraicis ſignificatione

ne conveniunt; utpotè ab illis profecta. Qua de re conſulendi Joannes Fungerus in ſuo Etymologico trilingue Lugduni edit. an. 1628. Chriſtianus lib. de Originatione vocum, necnon Voſſii Lexicum Etymolog. & Ariſtarchus, Dauſquius in Orthograph. David Choën de Lara de convenientiâ vocabulorum Rabbinorum cum Græcis edit. Amſtel. 1638.

III. His prænotatis, facile eſt de Inventoribus Literarum certius quid ſtatuere ex probatis Scriptoribus. Cùm enim ambigere ampliùs non ſit, quænam primigenia illa fuerit Lingua; ſequitur vetuſtiſſimum, & cum Orbe ferè coëvum, non verò, ut quidam voluerunt æternum, ponendum eſſe Literarum uſum, atque Inventionem. Theodorus Bibliander comm. de literis. Adamum hominum primum hujus inventionis facit auctorem his verbis: *Primus homo, & Patriarcha totius humani generis, literas Divinâ inductione reperit*. Joſeph antiq. Judaic. lib. 1. cap. 3. Sethi filios Adami nepotes, refert, excitatis duabus columnis, unâ lateritiâ, alterâ lapideâ, utrique ſua inventa deſcripſiſſe, *ut ſi lateritiam diluvio deleri contingeret, lapidea ſuperſtes hominibus diſcendi copiam faceret, & quæ inſcripta continebat ſpectanda exhiberet; vel lapideâ igne abolitâ maneret lateritia*. Sanè lapideam uſque ad ſua tempora in Syriâ perduráſſe ibidem

dem ſubjungit auctor. Et quidem Joſepho innumeri penè ſubſcribunt, qui Setho, aut ſummùm filiis Literarum Inventionem adjudicant. Polydor. Virgil. lib. 1. cap. 6. de rerum Inventoribus; & cum eo Alexander Sardus. Opmerius Chronic. fol. 56. Jo: Tzetzes Hiſtor. Chil. 5. 26. Michaël Glycas Annal. lib. 2. Gerardus Voſſius lib. 1. cap. 9. Art. Gramm. ubi multorum opiniones de Literarum origine poſtquam congeſſit, concludit: *Et profectò Inventum hoc neutiquam alteri tribui poteſt, quàm vel Setho, vel ejus ante diluvium poſteris*. Et paulò inferiùs. *Nequid igitur, quod in ſuſpicionem cadere poſſit, non aliquem habeat auctorem, ſunt quibus ob primi hominis dignitatem, atque excellentiam maximè veriſimile fiat, Sethum ab eo tum literarum uſum, tum Aſtrologiæ, aliarumq; artium notitiam hauſiſſe*. Suidas quoque docet, quod *Sethum illius ætatis homines Deum vocabant, eò quod & Hebraicas literas, & ſtellarum appellationes inveniſſet*. Poſtremò D. Auguſt. lib. 18. de Civit. Dei cap. 319. *Non itaque*, inquit, *credendum eſt, Hæbream tantùm linguam per illum qui vocabatur Heber, unde Hæbreorum vocabulum eſt, fuiſſe ſervatam; atque inde perveniſſe ad Abraham; Hæbreas autem literas à lege cœpiſſe, quæ data eſt per Moyſen; ſed potiùs per illam ſucceſſionem Patrum, memoratam linguam cum ſuis literis cuſtoditam*. Eadem repetit Ludovicus Vives ibi, ipſeque Auguſtinus quæſt.

69.

Digitized by Google

69. Exodi, ubi literas à primis hominibus cœpiſſe, indeq́ue perductas ad Noë, & ad Populum Iſraël, ſentit; necnon Jacobus Salianus Annal. Eccl. Veteris Teſt. tom. 1. pag. 226. n. 5. cujus verba referre longum eſſet.

IV. Neque hîc audiendi ſunt, qui ficulno innixi argumento aliter ſtatuere videntur de Literarum Inventoribus. Garopius Becanus, Cimbros Populos peninſulæ ab ipſis Cimbricæ dictæ accolas, *dela preſq'Ile de Jutland*, quæ eſt pars Regni Daniæ, & nunc Jutia nuncupatur, Inventores Literarum jactat. Et hoc quidem quàm ridiculè contendat inconfeſſo eſt apud omnes, cùm Poëtarum more, qui Cybelem Deorum omnium matrem aſtruebant, Germanorum linguam per nomenclaturas abſtruſas admirabili prorſus conatu, nimio q́ue erga Patriam ſtudio, vel Hebraicæ linguæ matrem faciat, imò ipſam quandoque, quòd longè ab origine vocum deflexerit, repræhendat. Sic lib. 11. Hieroglyph. ſub fine, inquit: *Γϱάφω Græcorum,* ſcribo *Latinorum,* Chataf *Hebræorum, natales ſuos Cimbrico noſtro ſermoni acceptos ferre debent.* Sed hæc ſunt Apinæ, Tricæq́ue, & ſiquid vilius iſtis. Plinius quoque lib. 7. cap. 56. Literas ſemper Aſſyrias fuiſſe arbitratus eſt, ac Iſidorus Siculus lib. 5. quos apertè damnare non auſerim, cùm Aſſyriarum nomine Hebraicæ veniant, eaſq́ue fortaſſis præfati intellexerint. Ita docet Euſeb.

Euſeb. lib. 10. Præpar. Evang. cap. 5. *Nec deſunt qui à Syris excogitatas illas* (literas) *fuiſſe velint. Syri autem illi Hæbrei etiam, utiq; fuerint, qui finitimam Phœniciæ Regionem, quæquo Phœnicia quondam ipſa quoque, tum Judæa, hodie verò à noſtris Paleſtina dicitur, incolebant.* Euſebio ſuffragatur Themiſtius orat. 5. Salianus loco ſupra laudato, qui Plinii locum exponens aſſerit Aſſyriarum literarum nomine eas eſſe intelligendas, quibus utebantur ji, qui circa Aſſyriam, & Meſopotamiam degebant, primi Mortalium Patriarchæ, quorum ſermo Hebræus erat, & ipſæ ſermonis literæ, qui eas poſtea Syriis, & Ægyptiis communicârunt. Eupolemus, Moyſi literarum Inventionem adſcripſit, ut eſt apud Euſeb. lib.9. Præp. Evang. c. 4. Clem. Alex. lib. 1. Strom. Sed hoc ipſum Auguſtini verbis ſuperiùs allatis refutavimus, atque ex jiſdem Tingintanarum columnarum in Africâ Inſcriptionibus, à Phœniciis, qui illic colonias adduxerunt erectis confutantur.

V. Venio ad Ægyptiorum Literas, quas inveniſſe *Mercurium* hujus nominis quintum retulit Cic. lib. 3. de Nat. Deorum. *Quintus*, ait, *eſt quem colunt Pheneatæ, qui Argum dicitur interemiſſe, ob eamq; cauſam Ægypto præfuiſſe, atque Ægyptiis leges, & literas tradidiſſe. Hunc Ægyptii Thoyth appellant, eodemq; nomine anni primus menſis apud eos vocatur.* Tullio favent

Plin.

Digitized by Google

Plin. lib. 7. c. 56. Hyginus fab. c. 277. Diodor. Sicul. lib. 2. Biblioth. Plutarch. 9. Sympoſ. quæſt. 3. Arnob. l. 4. & Tertull. lib. de teſtimonio Animæ c. 5. Sic Plato in Phædro Socratis dictum affert, Deum quendam apud Ægyptios coli nomine *Theuth*, qui cùm alias artes, tum literas repererit, & cum Thaimo tunc temporis Ægyptiorum Rege communicaverit. Sanè poſtremum hunc Socratis locum licèt minùs faciam quo ad ſecundam partem; quo ad priorem tamen plurimi habeo; utpotè qui Mercurium qui Ægyptiis literas tradidiſſe dicitur cum Arcade non confundat, quod fecit Cicero. Mercurius verò iſte, quem recenſent auctores, Ægyptiis regnavit ſecundâ Mundi ætate, fuitque *Meni* filius, qui primus omnium in Regum Syllabo habetur. Dictus quoque fuit *Athothes* Ægyptiis *Thoor, Thoth*; *&* *Thoyth* Alexandrinis; *Taautes* Phœnicibus; *Mercurius* denique Græcis, & Latinis. An vero illi Literarum inventio tribuenda ſit, non eſt facilis negotii definire, cùm à Scriptoribus etiam graviſſimis adhuc ultro, citroque diſputetur. S. Auguſtinus lib. 18. de Civit. Dei c. 37. Iſidi adjudicat in hæc verba: *Quid autem ſapientiæ eſſe potuit in Ægypto, antequam eis Iſis, quam mortuam tanquam Deam magnam colendam putaverunt, literas traderet?* Et cap. 39. *Neque enim quiſquam dicere audebit mirabilium diſciplinarum eos peritiſſimos*

ſimos

ſimos fuiſſe, antequam literas nôſſent; ideſt antequam Iſis eò veniſſet, eaſq; ibi docuiſſet . Porrò Iſis Inachi Argivorum Regis primi filia fuit, qui anno Mundi 2199. regnare cœpit ſecundùm quoſdam, longè quìdem poſt Mercurium. Quare quomodo hæ duæ ſententiæ conciliari poſſint videant eruditi; cùm hîc meum non ſit longiùs progredi. Tantùm ſubdo ex Clem. Alex. lib. 5. Strom. Triplicem fuiſſe apud Ægyptios Characterum rationem. Primam ἐπιστολογραφικὴν, hoc eſt aptam ad ſcribendas epiſtolas. Secundam Sacerdotalem, quâ utuntur ἱερογραμματεῖ, ideſt qui de rebus ſacris ſcribunt. Ultimam ἱερογλυφικὴν, ideſt, ſacram, quæ inſculpitur, ſcripturam; cujus una quidem eſt per prima elementa κυριολογικὴ, ideſt propriè loquens, altera vero ſymbolica eſt per ſigna ſignificans. Symbolicè autem una loquitur per imitationem; alia verò ſcribitur veluti tropicè; alia verò contrà ſumitur allegoricè per quædam ænigmata. Hæc ferme Clemens. Profectò hoc tertium ſcribendi genus per ænigmata fuiſſe ab Ægyptiis à Mercurio acceptum teſtatur Sanchuniato apud Euſeb. lib. 1. Præp. Evang. c. 10. *Taautus verò*, inquit, *cùm jam ante cœli imaginem effinxiſſet, mox Saturni etiam, atque Dagonis, cæterorumq; Deorum vultus, unaq; ſacros elementorum characteres expreſſit*. Verùm latiùs patent meo judicio auctoris verba, quàm quod ad ſola

ænig-

ænigmatica elementa Mercurii inventum coarctandum ſit; nam nomine *Sacrorum elementorum*, veniunt, teſte Lipſio, characteres omnes, quibus utebantur Sacerdotes; qui omnes diverſi erant ab iis, quos tenebat vulgus, ideoq́ue ſacra intelligere, nec aſſequi legendo poterat. Quare ſi conjectare liceat Taautum Hieroglyphicorum omnium Ægyptiis Magiſtrum fuiſſe crederem, eaq́ue ab illis pro literis frequentata, donec illarum uſum Iſis inveheret. Vir tamen Cl. Lipſius non ἱερογλυφικῶν ſed χαρακτήρων inventorem perhibet, ubi in Tacit. lib. 11. Ann. hæc habet: *Non animalium ſolùm; ſed & rerum, quæ Hieroglyphicæ notæ dictæ* (ſub ſenſus mentis effingebant.) *Literas tamen poſtea Ægyptiis, ſive Iſis Regina tradidit, ſive Mercurius; ſed ita ut priſcas illas notas quas ἱερὰς dicebant Sacerdotes retinerent, alias, quas πανδήμους, vulgus*. Præterea D. Auguſt. lib. 18. de Civ. Dei cap. 39. Mercurium Moyſe poſteriorem facit. *Eo quippe tempore quo Moyſes natus eſt fuiſſe reperitur Athlas ille magnus Aſtrologus Promethei frater, maternus Avus Mercurii, cujns nepos fuit Triſmegiſtus iſte Mercurius*. At Moyſen ſynchronum Inacho Iſidis Patri fuiſſe teſtantur Julius Africanus, Tatianus, Clem. Alex. Epiphanius, Gregorius Symcellius Chronograph. pag. 67. 68. Porphyrius, Hellanicus, Philochorus, Thallus aliiq́ue ſexcenti; quare ſequitur

Mer-

Mercurium, & Iſidem per eadem tempora fuiſſe; proindeq́ue Taautum Hieroglyphicas notas nequaquam ante Iſidem docere potuiſse, quod ſuperiùs conjectâram. Sed hac in re longiùs immorari piget.

VI. Quid de Chaldaicarum Literarum Inventoribus ſentiam paucis expono, ut ad ulteriora gradum faciam. Quidam Abrahamum fecerunt, eo adducti argumento, quod Crinitus in Septimanæ Bibliothecæ codice reperiſſe dicat verſum hujuſmodi. *Abraham Syras, & ipſe reperit Chaldaicas*. Sed Abrahamo antiquiora fuiſſe illorum elementa, vel ex hoc cognoſci valet, quod Annius Viterbienſis initio notarum in Beroſum ſcribat, *Chaldæos aſſerere, ſe Aſtronomiam, & literas habuiſſe ante Alexándri Monarchiam ter mille, & ſexcentis, ac triginta quatuor annis*. Idipſum comprobat Hermannus Hugo lib. de Liter. antiquitate; & Simplicius com.46. in Ariſtot. l.2. de Cœlo, refert Calliſthenem Babylone Ariſtotelis rogatu obſervationes Chaldæorum in Græciam tranſmiſiſſe ab annis mille nongentis tribus; quod fuerit annis circiter ducentis ante natum Abrahamum. Verùm etiamſi non deſint indagines, quibus Abrahamum inventorem non fuiſſe opinemur; nihilominus nihil eſt, quod verum illarum Literarum definire ac ſtabilire poſſimus auctorem; cùm undequaque apud accuratiores

etiam

Digitized by Google

etiam Scriptores altum circa hoc ſilentium videam. Quod dicam, eſt Chaldaicam linguam olim ab Hebraicâ diſcrepâſſe; quodque hoc teneam nonnullis impellor: nam; ut alia omittam, & Nabuchodonoſor Hebræos Pueros inſtrui juſſit literis, & linguâ Chaldæorum Daniel. 1. quæ ſi eadem fuiſſent ac Hebraica, *quærendum eſt*, inquit S. Hieron. ibi *quomodo linguam, quam noverant, doceri jubentur*? Præterea verba illa *Mane, Thekel, Phares*, Hebraicè deſcripta neque legere potuerit ullus ex Chaldeâ, nec intelligere: Daniel verò illico perlegit. Dixi olim extitiſſe diverſas; nam Guido Fabricius Boderianus in ſuâ Chaldaicâ Grammaticâ, aſſerit nunc eaſdem eſſe Hebræorum, & Chaldæorum literas, neque aliud eſſe Chaldaicam linguam, quàm dialectum Hebraicæ; idemque ſentit Guillelmus Jameſius in ſuâ Introd. ad Ling. Chald.

VII. Notanda tamen duo ſuperſunt. Primò Abrahamum è Chaldæâ Chananæam profectum, ut eſt Geneſeos 10. & 11. ibique Regionis linguam didiciſſe, ita ut utramque apprimè calluerit, quod probabile cenſet Hieronymus, & V. Cl. Huëtius: At ejus poſteros unâ Chananæâ utpotè vernaculâ contentos, alteram neglexiſſe. Hanc verò Hebraicam dictam eſſe quòd ab Hebræis frequentaretur. Qui poſtquam Babylonem ca-

ptivi abducti ſunt ex Chaldæorum commercio, quos inter diſperſi fuerant, primam vitiârunt loquelam, & ex Chaldaicâ, & Hebraicâ tertia prodiit, quæ Syriaca nuncupata, quam Chriſtus, & Apoſtoli uſu conſecrârunt. Porrò ex literis, quæ huic tertio idiomati uſui erant, & *Syriacæ*, *Babylonicæ*, *Aſſyriæ*, *Arameæ* nominabantur, natæ ſunt *Iſmaëliticæ*, ſeù *Arabicæ* quibus hodie quoq; utuntur Turcę, Tartari, & Saraceni auctore Valer. l. 33. c. 2. imò etiam *Samaritanæ*, nam ad eas propriùs quàm ad Arabicas accedunt. Alterum quod notabimus eſt, Phœniciam linguam ſeu Chananæam candem eſſe cum Hebraicâ: quam ſententiam pluribus tutatur Vir admirandus Gerardus Voſs. l. 1. de Gram. c. 9. Jo: quoque Conr Dannhavuerus in ſuo Dialogo contra Præadamitas Voſſio ſubſcribit his verbis: *Literarum ſanè uſum fuiſſe apud Phęnices longè antè Moſem compertum eſt: nec non Phœnices eadem locutos conſtat, quæ Hebræi loquebantur. Cujus nimirum rei ſpecimen eximium dederunt viri doctiſſimi Samuel Petitus in Miſcellaneis, & Clariſſimus Bouchardus in ſuo Phaleg. At, ſi ab Hebræis loqui didicerunt Phœnices, quidni ſcribere didiciſſe ab jiſdem putabimus? &c.*

CA-

De Græcis, Latinis, Gothicis aliarumque Gentium literis, & earum Inventoribus.

CAPUT IV.

I. CADMUS Phœnicius, cùm alias permultas doctrinas, atque artes in Græciam intuliſſet, tum verò Literas, quæ antea Græcis non fuerant, ut cum Herodoto lib. 5. c. 58. tradit Philoſtratus in vitis Sophiſtarum, & Zenodotus epig. apud Laërtium.

Si patriâ es Phœnix, quid tum? Fuit hæc quoq; Cadmo
Patria, qui Græcis prima elementa dedit.

Sic Clemens Alex. ubi l. 1. Strom. inquit *Cadmus autem erat Phœnix, qui fuit Grecis literarum Inventor*. Et Plutarch. in ſympoſ. l. 9. probl. 3. Indeque ab Inventore Καδμήια γράμματα, & φοινικήια Cadmeæ, & Phœniciæ literæ dictæ. Præterea hoc ipſum habetur à Plinio lib. 5. c. 12. Ipſa Gens Phœnicum in gloriâ magnâ literarum inventionis. Sic Lucanus lib. 3.

Phœnices primi (famæ ſi credimus) auſi
Manſuram rudibus vocem ſignare figuris.

Ità demum ſentiunt Iſidorus lib. 1. Orig. c. 3. S. Athanaſius orat. contra Gentes editionis Colonienſ. Græc. Lat. p. 20.

II. Si verò tot Scriptorum auctoritas minus à quibuſdam haberetur; oſtendi etiam poſſet à Phœnicibus Græcos literas accepiſſe: primò ex affinitate: Græcæ enim, præſertim antiquiores illæ, vetuſtis Phœnicum literis, quibus hodiè utuntur Samaritani, in pleriſque perquamſimillimæ ſunt, ut teſtatur Euſeb. lib. 10. παρασκευῆς ἐυαγγελικῆς c. 5. in hæc verba: *Et verò proximè ſanè ad Hebræorum nomina, Græcarum literarum accedit appellatio. Cum enim cuique apud Hebræos elementorum nomen, ſingulari quâdam, & propriâ ſignificatione attributum fuerit, quod apud Græcos locum profectò nullum habet, ſequitur omnino, ut minimè Græcorum propria* (elementa Scil.) *eſſe fateantur*. Et infrà, poſtquam Græcarum literarum formam, & ſignificationem explicavit, ſubdit: *Huiuſmodi ergò literarum apud Hebræos appellatio ſignificationem habet, ex quâ quidem integræ orationis exiſtit ea ſententia, quæ literarum iſtarum cognitioni, ac promiſſioni cuidam bellè admodum, apteq; conveniat. Cui ſimile apud Græcos nihil uſquam reperias, ut eas, quod paulò antè dicebam, fateri neceſſe ſit Græcorum proprias non eſſe, ſed palàm ex barbarâ linguâ levi quadam mutatione traductas. Id, quod ex Grecâ ſingulorum elementorum appellatione quivis intelligat. Quid enim* Aleph *ab* Alpha *magnopere differt? Quid autem vel* Beta *à* Beth, *vel à* Gamma Ghimel, *aut*, Delta *à* Delt, *aut* Epſilon *ab* He, *aut à* Zaï Zeta, *aut* Theta *à*

Thet

Thet *cæteraq; deinceps? Manet ergo, voces illas non Græcorum, ſed Hebræorum eſſe, apud quos ſua cuique ſignificatio tribuitur. Ibi verò natæ cum eſſent, tum ad alios deinde, tum ad ipſos quoque pervenere*. Secundò oſtendere eſt ex ipſorum Grecorum teſtimonio, qui ſibi barbaras literas fuiſſe teſtantur. Sic Timo, cujus eſt apud Sextum Philoſophum eas vocat φοινικικὰ σήματα Κάδμου Cadmi Phœnicia ſigna. Herodot. in Therpſichore lib. 1. cap. 59. ait ſe vidiſse apud Thebas, quæ ſunt in Bœotiâ, in Imenii Apollinis templo literas Cadmæas in tripodibus quibuſdam inſculpatas, ponitque ipſas Inſcriptiones, quibus Gtæcia nihil habuit antiquiùs: Nam prima erat Amphictryonis circa ætatem Laji Cadmi pronepotis. Sed ne multa congeramus, conſulatur Scaliger in Animaduerſionibus Euſebianis lib.2. n. 1607. pag. 109. & ſeqq. ubi primitus Jonicarum veterum literarum exemplum, & formam ob oculos ponit; deindè earum ex Phœnicibus characteribus originem: inſuper figurarum diverſitatem, quibus Græcorum priſci in deſignandis literis uſi ſunt; ultimò demum quot à Phœnicibus acceperint, quas reliquerint, quas adjecerint, & id genus reconditæ eruditionis alia.

III. Joſephus lib. 1. contra Apionem, Literarum uſum apud Græcos Cadmo recentiorem facit. *Conſtat*, inquit, *quod apud*

B 3 *Græ-*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Græcos nulla invenitur conſcriptio Poëmate Homeri vetuſtior: & hoc etiam poſt bella Trojana fuiſſe manifeſtum eſt. Et ajunt neque hunc literis ſuum Poëma reliquiſſe; Sed cantantium memoriâ reſervatum, poſtea fuiſſe compoſitum, & propterea multam in eo reperiri diſſonantiam. Sed quàm grandem in errorem inciderit Joſephus quis non videat? Nam, ut probat Bochartus ſuperiùs memoratus, in Græciâ fuere Inſcriptiones, non ſolùm Homero, ſed Trojano bello antiquiores; & Plinius lib. 13. cap. 13. narrat, quod *Mutianus ter Conſul prodidit ſe legiſſe, cùm præſideret Lyciæ Sarpedonis è Trojâ ſcriptam in quodam Templo epiſtolæ chartam*. Denique circa belli Trojani initia cùm Achilles Pedaſum (quæ nobis nunc *Modon* dicitur, eratque olim Meſseniæ, nunc *Belvedere* Urbs) & re infectâ mox diſceſsurus eſset, Virgo quędam Achillis amore capta eum confirmâſse legitur his ferè verbis in pomo ſcriptis, referente Euſtachio lib. 6. Iliad. *Ne properes, Achilles, antequam Monejam cæperis: Aqua enim deeſt, miſerè ſitiunt*. Monejam Pedaſum intellige cùm & ità vocaretur. Undè manifeſto apparet Scripturam; proindeque Literarum vſum apud Græcos ante Homerum extitiſse. Sed adjiciamus, & alium viri doctiſſimi calculum: *Tantum verò abeſt*, verba ſunt Voſſii l. 1. de Arte Gram. c. 10. *ut Literas credamus poſt Cadmum, nedum poſt Palamedem repertas; ut ſi de*

Cad-

Cadmo minùs nobis ſatisfieret, non propterea exiſtimaturi ſumus hoc laudis tribui debere temporibus ſecutis; ſed potiùs ad ulteriorem temporum memoriam recurremus, puta ad Cecropem Athenarum Regem.

IV. Nec minùs Joſepho deceptus eſt Tzetzes qui Chiliad. 12. hiſt. evincere contendit Cadmo literas apud Græcos fuiſſe antiquiores; & hoc quidem duabus, quas ipſe prædicat rationibus: Primò, quia Cadmus cùm è Phæniciâ Delphos profectus eſſet ad conſulendum Apollinem de Europæ Sororis raptu, ei oraculum hexametris verſibus redditum ſit, quos apud ipſum legas. Secundò, quia Bellerophon antiquior Cadmo ſcriptas de ſuâ cæde literas tulerit. Verùm facili negotio ſubvertitur Tzetzæ ſententia, dum verſus etiam ab incunabulis cęci fundere conſueſcunt; ut ſatis liqueat ab eo carmen diſci, qui minimè literarum figuras teneat. Præterea *multa mentiri Poëtas* Ariſtotelis effatum eſt: nec enim eſt qui ſpondeat, inter ea, quæ fabulosè à Poëtis de Cadmo, longè à verâ hiſtoriâ commenta ſunt, hoc quoque Oraculi fictitium ſit; præſertim cum laudata Carmina tam vetuſtum non ſapiant ævum, ut notavit Vir eruditus; & fortaſſe Cadmus ipſe illum de Apolline cultum in Helladem invexerit. Secundum fundamentum falſitatis arguitur, Bellerophontem

Digitized by Google

Cadmo antiquiorem fuiſſe ; imò Bellerophontis avus Siſyphus , tempore eodem , ac Cadmus florebant . Siſyphus , enim Corinthum condidit triennio ſolùm antequam Cadmus conderet Thebas in Bœotiâ; undè ſecundùm Euſebii ſupputationem Corinthi ædificatio ponenda eſt in annum mundi 2646 Thebarum vero 2649. circiter. Claruit enim Cadmus Othonielis temporibus, Bellerophon Aodi , ita ut minimùm ætas vna interceſserit .

V. Vidimus Cadmum Græcarum literarum Inventorem ; reſtat ut videamus , quas invenerit, quæve indè ab aliis adjectæ ſint . Sed in hoc parum immorabimur , ne actum agamus . His namque omnibus meo judicio ſatisfit unicus Plinii locus ex lib. 7. c. 56. *Utique* (volunt) *in Græciam intuliſſe è Phœniciâ Cadmum ſexdecim numero : quibus Trojano bello Palamedem adjeciſſe quatuor hac figurâ* Θ, Ξ, Φ, Χ. *Totidem poſt eum Simonidem Melicum* Ζ, Η, Ψ, Ω. Floruit autem Palamedes tempore belli Trojani 407. annis ante primam Olympiadem. Cadmus autem Palamedem anteceſſit annis circiter 240. Simonides Xerſis temporibus floruit, nempe paulò ante Pindarum , & Sophoclem Poëtas anni ante Ariſtotelem circiter 120. Verùm non ita ſatisfactum ut putabam video ; quin occurrant Scriptorum quorumdam auctoritates , quibus aliter à nobis

de

de literarum numero, & additione adſtruitur. In primis venit Iſidorus lib. 1. orig. c. 3. *Cadmus*, ait, *Agenoris filius Grecas literas à Phœnice in Græciam* 17. *primus attulit* Α, Β, Γ, Δ, Ε, Ζ, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ο, Π, Ρ, Σ, Υ, Φ, *His Palamedes Trojano bello tres adjecit* Η, Χ, Ω, *Poſt quem Simonides Melicus tres alias adjecit* Ξ, Θ, Ψ Ubi triplici ex capite à nobis diſcrepat. Primò aſſignando decem, & ſeptem literas Cadmo, quæ tantùm ex communi ac tutiori Scriptorum judicio fuerunt ſexdecim. Secundò quod ex Cadmi literis exiſtimet eſse Ζ, & Φ, Denique quod Υ inficiatur eſse literam Cadmæam. Secundo loco venit auctoritas Ariſtotelis, qui, ut habetur ex Plin. lib. 7. c. 57. vult octodecim priſcas fuiſse literas ac inter illas Ζ, & Φ. comprehendi, ſicut, & Υ. Quam culpare apertè non audet Voſſius in tanti Herois venerationem; imò ipſum variis conjecturis excuſare conatur. Cęterùm & ipſe cum Plinio, Cedreno, & aliis fatetur, priſcas Cadmi literas ſexdecim extitiſse, quibus, quod antea dicebam, & Palamedis quatuor, totidemque Simonidis additæ ſint.

VI. A Græcis ſuas omnibus fatentibus accepere Latini Literas; nam ut habetur ab Hygino, Iſidoro, Tacito, An. 11. cæteriſque, eas Evandrus profugus ex Arcadiâ in Italiam tranſtulit, materque ejus Nicoſtrata, ſeu Carmenta decem, & novem ex jis latinas

fecit,

Digitized by Google

fecit: ſeu, ut ſentit Lipſius in Tacitum, ſexdecim tantùm, taleſque Rhamirius Grammaticus fuiſse retulit, nempe a, b, c, d, e, g, i, l, m, n, o, p, r, s, t, u. Stat etiam pro hac parte Taciti locus libro citato, ubi hæc habet. *Et formæ Latinis literis, quæ veterrimis Græcorum; ſed nobis quoque parvæ primùm fuere, deinde additæ ſunt*. Plinius quoque lib. 7. c. 58. confirmat teſtimonio Delphicæ tabulæ. Alias igitur adinvenere Latini literas: Spurius namque Carvilius G. à Græcorum Gamma deſumpſit. Salluſtius Ludimagiſter K. Licinius Calvus Q, & F ex Æolico digammate. X demum ætate Auguſti accepere Latini, ac Y & Z ut nobis quoque in Græcarum vocum translatione inſervirent. Præter tamen dictas literas Alphabeto Latino communiter aſſignatas, alias duas jure decernit Voſs. eidem inſerendas lib. 1. c. 15. J ſcilicet & V conſonantes. Cùm enim ex Priſciani doctrinâ cap. de accident. liter. vocales ſint quæ per ſe voces perficiunt; & ſine quibus vox literalis proferri nequit; conſonantes è contrà tales dicantur quaſi cum ſonantes hoc eſt vocalibus junctæ; ideo illæ ab his non minus differunt quàm anima, & corpus; quia ut anima movet corpus naturâ immobile; ita & vocales quaſi movent conſonantes, quæ non moventur niſi beneficio vocalium. His poſitis apertè infertur J & V conſonas literas

eſſe

Digitized by Google

eſse I & U vocalibus vi, poteſtate, & pronunciatione oppoſitas ſimulque ſcriptione diverſas, ut infrà videbimus.

VII. Antiqui, ut tradit Hieronymus Fabritius lib. de locut. cap. 4. & 12. brevitati ut conſulerent, atque ut omnem æquivocationem evitarent, paucioribus contenti erant literis: non curantes in earum numerum referre, quæ vel compoſitæ eſſent, vel nihil ſignificarent, vel eundem cum aliis ſonum haberent, aut eodem modo efformarentur. Quare & X recusârunt ut à C & S compoſitam; & K cùm valeat C A; neque Q, cùm nihil aliud agat, niſi ut oſtendat ſequens U vim conſonantis in metro perdere; neque H cum aſpirationis ſit nota, nec aliud literæ habeat niſi figuram. Rejeciſſent quoque alias, quæ eundem cum aliis habent ſonum, ſi æquivocationem evitare potuiſſent. Notandum tamen reſtat, literas neque apud Græcos, neque apud Latinos declinari, ut vel ex hoc ipſo cognoſcas peregrinas nobis eſſe, Barbarorumque inventum. Undè narratur à Plutarcho quod cùm Crates Philoſophus quæſtionem Grammaticam in Græciâ agitaret, cur non diceretur *Alpha Alphatos*, ſicut *Gramma Grammatos*, reſponderint Græci: *Hæc non ſunt vocabula noſtra, ſed barbara*. Auſonius tamen inflexit, cùm dixit de noſtro I Latino: *Litera ſum Jotæ ſimilis*, ut

nota-

notavit Vinetus dicens: *Quæ literarum ſuarum nomine Græci non declinant, declinavit hoc loco Auſonius per primam inflexionem Latinorum. Jota Jotæ, Beta Betæ, & Delta Deltæ; Vocalemq; I in Jota conſonantem facit. Eſt enim triſyllabum ἰῶτα apud Græcos, qui conſonantem j non habent ut Latini; ſed vocalem tantùm.* At ſicuti contra omnium Grammaticorum præſcriptum fecit Poëta, ita parum, aut nihil laudis hac in parte meretur; uti & Sergius, ubi commentario in primam Donati editionem cap. de literâ *digammam iſtam* ſcripſit. Clamat enim Priſcianus literarum nomina ἄκλιτα, ſeu indeclinabilia eſſe, quod etiam ante ipſum Beſantinous Helladius admonuerat in Chreſtomathiâ ſuâ ut ex excerptis Bibliothecæ Photii pag. 869. habemus.

VIII. Dignum fortaſſe hîc inquiſitione erit, cur Græci ſuas ferè omnes literas pluribus vocaverint ſyllabis; quod non facere Latini, qui ſimplici voce ſuas protulere? Porrò nobis vox ſimplex A, E, O; ipſis *Alpha*, *Epſilon*, *Omicron*, duarum, triumque ſyllabarum. Quæſtioni ſatisfacit Tortellius c. 2. de Accid. literar. tria literæ accidentia diſtinguendo, nomen ſcilicet, figuram, & poteſtatem. Nomen igitur ad placitam Inſtitutoris rationem impoſitum fuit, quod non ſolum unicâ aut duabus ſyllabis, ſed tribus, pluribuſque, ſi placuiſſet, conſtitui poterat. Sed auctori-

ctoribus Latinis teſte Priſciano in 8. in his, ut multis aliis, brevitas, & conciſio nominis magis placuit. Nec id ſanè nomen literæ poteſtatem ullatenus impedire valet, quæ in pronunciatione literatæ vocis oſtenditur; quia tunc quoque non literæ nomine, ſed poteſtate utimur, quæ indiviſibili quodam ipſi literæ proprio conſiſtit. Nam ſi *balneum* dicimus, aut *Martium laborem* efferimus, non tunc b, i, e terminatur; nec l, aut m ab ipſo e incipit; quia non nomine, ſed poteſtate ejus literæ utimur.

IX. Literas Gothicas, quæ & *Toletanæ* dicuntur apud Rodericum Toletanum lib. 6. hiſt. Hiſp. c. 25. & 30. inveniſſe fertur Gulphilas, ſive Ulphilas Gothorum Epiſcopus; Theophili ſucceſſor, primùm orthodoxus, mox ſub Valente Arrianus, qui floruit circa ann. 370. à ſalutari Virginis partu. Hujus ſententiæ memoratur Jornandes de rebus Geticis, Socrates l. 4. Eccleſ. hiſt. c. 37. Iſidorus in Chronico, cujus hæc ſunt verba: *Gulphilas Epiſcopus, eorum literas adinvenit, & ſcripturas ſacras in eandem linguam convertit.* His Hiſpani uſi ſunt donec abrogata eſt à Bernardo Toletano Primate in Concilio Toletano æræ 1117. in quo ſtatutum ut literas Gallicas adhiberent. Literas porrò Gothicas eaſdem eſſe cum Runicis contendit pluribus Olaus Wormius lib. de literaturâ Runicâ.

Joan-

Digitized by Google

Joannes Magnus multis ante ſæculis Gothos habuiſſe literas affirmat lib. 1. de Gothis c. 7. & ex eo dictus Olaus lib. 1. cap. 36. his verbis: *Longè ante inventas Latinas Aquilonaria Regna ſuas literas habuerunt*. Cujus rei indicium præſtant eximiæ magnitudinis ſaxa, veterum buſtis, ac ſpecubus apud Gothos affixa; ſed Gulphilam, quia primùm iis in ſacris Literis interpretandis uſus eſt, propterea earum Inventorem quodamodo dictum. Sed quamvis Magno aliquid concedamus hac in re; non eſt tamen quod Olao, & Joanni Archiepiſcopis ſubſcribamus, qui Scandinaviæ incolas, Gothos nempe, volunt habuiſſe literas ante repertas Latinas, hoc eſt annis ante Chriſti ortum pluſquam mille ducentis.

X. Quod de aliarum Gentium Literis, earumque Inventoribus dicere propoſuimus, etſi ſupra hominem labor ſit, nihilominus & aliquid è Scriptorum monumentis eruere potuiſſemus; ſed prohibuit vir inſignis Hermannus, qui cùm ipſe multa hac de re ſcrutatus ſit, nihil tamen certi reperiſſe teſtatur his verbis ex c. 3. Tract. de primâ ſcribendi origine. *Aliarum Gentium Literæ quando ſint, aut à quibus deductæ non liquet. Nam de Cimbris, quæ ſcribunt Garopius, & Scrieckius, de Gallis Poſtellus, de Hiſpanis Annius Viterbienſis, haud multum videntur credibilia*. Ut enim ait Hieronym. in Matt. 26. Sicut unaquæque Provincia,

vincia, & Regio habet proprietates ſuas in loquendo; ſic unaquęque propemodum diſtinctos characteres. Porrò quindecim Generales, ſivè omnium matres linguas *Mere-Langues* recenſet Orbis, ex quibus quæ traxerunt originem, ut plurimum & earum literas acceperunt. Sic Gallis, Italis, ac Hiſpanis, quibus mater Latina fuit lingua, Latinorum quoque vernaculis in idiomatibus quo ad formam habuerunt, habentque elementa. Scio Cornelium Agrippam lib. 1. de vanâ ſcientiâ c. 2. tradere, antiquos Francos, qui ſub Marcomiro, & Pharamundo Gallias ſubegere, literas habuiſſe Græcis non planè diſſimiles; ſed hujus auctoris ſententiæ paucos ſuccedaneos, imò nullos video. Verum quidem eſt, habeoque ex Aimonio de geſtis Franc. lib. 3. c. 40. Gregorio Turonenſi lib. 5. hiſt. cap. 45. Childericum Regem juſſiſſe, ut quatuor his Græcorum literis uterentur Θ, Φ Χ, Ω,. Cæterùm, & ipſimet Galli Latinam linguam ſibi matrem agnoſcunt. Cum enim Romani Galliam diu obtinuerint, quæ Imperii pars magna fuit, ac in eâ ſuas nonnulli Imperatores collocaverint ſedes; cum jugo & Linguam adeo impoſuere, ut quâdam deſuetudine nativa vel citò aboleretur. In hanc rem Luithprandus lib. 4. cap. 22. *Romani qui in Galliis habitabant, ita ut nec reliquiæ ibi inveniantur, exterminati ſunt. Videtur mihi inde Fran-*

cos

cos, qui in Galliis morantur à Romanis linguam eorum, quâ uſque hodie utuntur, accomodaſſe. Nam alii qui circa Rhenum, ac in Germaniâ remanſerunt, Teutonicâ linguâ utuntur. Quæ autem lingua eis antè naturalis fuerit, ignoratur. Sed de his quamvis inſtituto accomoda pluſquam ſatis. *Nequid enim eſſet incognitum vitanda fuit nimiùm conſtricta brevitas.* Diomed.de Orat.

XI. Italicam verò Linguam ex eâdem Latinâ fluxiſſe, quintoque ſalutis humanæ ſæculo ortum habuiſſe notamus in Obſervationibus Latini ſermonis par.1.cap.3.pag.52. Hujus Linguæ Alphabetum idem eſt ac Latinum; tres verò Literas excludit K, X, Y, Jo: Georgius Triſſinus autem in ſuis Grammaticis dubiis Vincentiæ impreſſis anno 1529. tribus ſupra triginta literis Alphabetum ſuum componit: addendo *ch*, quod *χ* chi Græcorum, ε quod epſiolon, *gh*, quod Hebræorum ghimel, k, & ω pariter Græcorum, ç quod z tenue Hiſpanorum; includit etiam χ, & *y*, & addit *th*, quod θ thita, & *ph*, quod φ phi. Sententia quidem non vana, immo valdè utilis, præſertim jis qui extra Italiam ſunt nati, quin extra Etruriam, vel Latium. Sectatores tamen non habuit, fortaſſe propter difficultatem prælorum. Sed deinde aliis obſervationibus ſuppletum faciliùs eſt ad oſtenſionem tam variæ pronunciationis abſque alphabeti ullam alte-

alteratione ; ut infra videbimus. Sit igitur.

De Latinarum, Græcarumque Literarum diviſione, & ordine.

CAPUT V.

I. MARTIANUS Capella nobilis quidem, & antiquus Grammaticus, dividit literas in *naturales, & effectas*. Naturales appellat quas loquimur; effectas verò notas, & propriè literas. Pierius Valerianus naturales *literas*, effectas autem vocat *charactères*. Præterea celebris eſt apud omnes literarum diviſio in *Vocales*, & *Conſonantes*. Quid nomine vocalis, & conſonantis veniat ſuperius retuli ex Quintiliano. Conſonantes inſuper in duplici ſunt differentiâ, ut hiſce verſibus Ulirchius ab Hutten Eques Germanus docuit; nam

Conſona vel muta eſt, quoniam malè vocibus adſtat
Inq; E *finitur, vel (quæ plùs conſonat iſtis)*
Semiſona, incipiens E *dum ſe terminat ipſam.*
F *tamen, ut muta eſt, nihil hac ratione tenetur.*

Nempe Conſona *muta, inſona*, ſeu ut nominat Jo: Caramuel *modalis* eſt, quæ ſonum reddit obſcuriorem, quales illæ omnes, quibus E, vel I vocalis in pronunciando ſubſe-

C qui-

quitur; F ubi antecedit excepto. Conſona ſemiſona, ſemivocalis, aut *accidentalis* illa eſt, quæ clariorem egerit ſonum, & à vocali in pronunciatione præceditur, Z ubi ſubſequitur dempto. Ex ſemivocalibus aliæ ſunt *duplices* aliæ *liquidæ*. Liquidas dicimus, quæ poſt mutam in eâdem ſyllabâ poſitæ vim ſuam amittunt, ut *l*, *m*, *n*, *r*. Duplices quæ pro duabus literis ponuntur, uti ſunt *x*, & *z*. Vocales quinque tantum recenſent Latini A, E, I, O, U: nam ut inquit Maurus Terentianus,

Compendia noſtri meliora crediderunt
Vocalibus ut nonniſi quinque fungeremur:
Productio longis daret ut tempora bina:
Correptio plus tempore non valeret uno.

Uerùm & Græcis, ut ex multorum Scriptorum auctoritatibus firmatur, quinque tantùm primò fuerunt vocales. Priùs enim quàm Simonides η, & ω reperiret vicem longarum vocalium explebat ε, & ο, uti apud nos. Sed audiamus ex omnibus unum Priſcianum. *Vocales apud Latinos omnes ſunt ancipites, vel liquidæ; hoc eſt, quæ facilè modò produci, modò corripi poſſunt; ſicuti etiam apud antiquiſſimos erat Gręcorum ante Inventionem Ita, & Omega, quibus inventis E, & O, quæ ante ancipites erant remanſerunt perpetuò breves, cùm earum productarum loca poſſeſſa ſint à ſupradictis vocalibus ſemper longis*. Unde Terentianus.

Ergo

Ergo Græcis eſſe ſeptem ſcimus è vocalibus
H, & Ω, quæ bina pedibus ſubminiſtrát tempora:
E, & O breves vocari ſingularis temporis:
Cæteras tres quæ ſuperſunt δίχρονους cognominát,
Corripi quod ſæpè eædem, ſæpè produci valent.
Ἄλφα primum eſt; inde ἰῶτα, tertium quod Y vocant.

II. Græcorum conſuetudine quatuor literæ apud Latinos ſunt aſpirationis capaces: hac tamen differentiâ quod apud illos ſimplicis ſunt formæ, non autem apud nos; quamquam id quoque tentatum aliquoties; ſed fruſtra. Sunt autem c, p, t, r, ut de Aſpiratione agens laudatus Terentianus hiſce verſibus monſtrat:

Quatuor ſolis adhæret Conſonantium literis. ſcilicet aſpiratio.
Inſerit ſi quando Græca ſermo noſter nomina.
Cùm choros, rhamum, neceſſe eſt Phyllidem, thimium loqui.

Porrò & hinc receſſerunt à Græcis Latini, quòd illi mutas in *medias, tenues,* & *aſpiratas* dividant, & hoc quidem ob quandam relationem, non quidem habitâ ratione unius tenuis ad alteram tenuem, ut loquitur Petrus Anteſignanus in ſcholiis ad Clenardum; ſed tenuis v.g. π ad mediam β, & aſpiratam φ: nam hæ tres magnam habent inter ſe affinitatem, & facilè una in aliam tranſit: quippe quæ eodem inſtrumento vocis proferantur, nem-

pe labiorum adminiculo; atque ſolâ ſpiritûs intenſione, aut remiſſione differant. Nam in prolatione χ maximam ſpiritûs copiam, in γ mediocrem, in κ minimam adhibeo.

III. Quantum ad Literarum ordinem ſpectat, varius apud Latinos priſcis temporibus fuit, quia non is naturæ, ſed placiti. Primus qui eas ordinavit fuit Romulus Grammaticus antiquiſſimus, quem alii ſecuti ſunt, & Seneca ſervavit, ut ex ſuis ex Proverbii literarum ordine diſpoſitis colligi poteſt. Sabini Etruſci carebant A, & E ex Catone in origin. Voſſius de Arte Gramm. l. 1. c. 33. aliter quàm communis ferat conſuetudo diſponit Literas; ſic enim ait: quod ſi ordinem in literis Latinis ſervare animus foret, primum jure dederim quinque vocalibus A, E, I, O, U. Poſt vocales nomen ipſum indicio eſt ſequi debere ſemivocales: ſed illas, quæ ſcriptioni plane neceſſariæ: quales item quinque L, M, N, R, S. Inde mutæ ſequantur, non omnes, verùm ſex illæ, quibus itidem carere non poſſumus B, C, D, G, P, T. Tum ſequantur literæ non neceſſariæ. Primùm vocalis Y; hinc conſonæ, ſed ſimplices K, & Q: tum duplices X, & Z. Ultimum locum obtinet H: ut quæ nec litera ſit, nec literarum compendium, ſed ſpiritus dumtaxat.

IV. Scaliger etiam lib. 1. de cauſ. L. L.

c. 38.

c. 38. primiores conſonantium vult eſſe B, G, M. L quoque, quia facillima eſt inter primas judicat reponendum: Lactentis enim ætatis eſt. Poſtremâ in Sede R recenſendam autumat, ante duplices tamen: quarum unaquæque eo loco jubet conſtitui, quo ejus origo fuit. Q novum Latinorum inventum. aut ſtatim poſt C, aut omnium vltimam collocandam. N autem poſt L. Ac tandem concludit eundem ordinem apud omnes Nationes eſſe non debere; ſed ut cuique frequentior eſt litera, ita priorem aliâ eſſe debere.

V. Ita more ſuo ſubtiliter agunt hi duo Latinitatis diligentiſſimi Indagatores. Quæ quidem opera curioſa nimis, ut ait Voſſius videtur; nec tamen penitùs inanis eſt, quia nonnihil facit ad integritatem ſcripturarum conſervandam. Nos verò eâdem de causâ communi uſu receptum ordinem retinendum putamus, quem modò ſervabimus, dum de ipſarum formâ, & ſignificatione tractabimus. Quod ipſum faciam & de Græcis; qui utpote ſuas à Phœnicibus acceperunt literas, Phœnicio quoque conſimilem retinuerunt ordinem, ut probat Bochartus ex collatione Phœnicii, Hæbraici, & Græci Alphabeti lib. 1. de Phœn. Coloniis c. 20.

De Latinarum Literarum Formâ, & Significatione.

CAPUT VI.

I. FORMA, ſeu figura, ut obſervat Scaliger lib. 1. de cauſ. L. L. c. 39. accidit literis per lineas. Omnis autem linea aut obliqua, aut recta eſt. Literæ autem omnes, aut lineâ, aut lineis conſtant: item aut rectâ ut I, aut rectis ut H: aut obliquâ ut O, aut obliquis ut Q: aut rectâ, & obliquâ ut P, aut obliquâ, & rectâ ut G, aut rectâ, & obliquis ut B, K. Hanc diviſionem vocat à ſubſtantiâ. Ab accidenti autem talis: perpendicularis una I, duæ H æquè jugatæ: duæ angulares ad medium perpendiculum A: una perpendicularis cum unâ jugatâ L; cum duabus F; cum tribus E: duæ perpendiculares diametro quadrati jugatæ N; & jacente ſitu huic adverſa Z: duę diametrales X. Sunt & curvæ inordinatæ S; nam græca ex æquo reſpondet ſibi Σ, cui ſtans adverſatur M. Sed ut clariùs comptiuſque procedamus, breviter & formam, & ſignificationem cujuſcumque literæ ſingillatim expendamus.

A. a. *A. a.*

Literarum prima apud Latinos, ut canit Auſonius:

Dux

Dux elementorum ſtudiis viget in Latiis A.
Conſtat lineis rectis duabus ita inter ſe coëuntibus, ut acutum angulum forment, quas medius obelus attingit. In majuſculis, ſeu capitalibus ſiniſtrum latus ſubtilius eſt; pingitur enim tranſverſo calamo. Antiquis hujus elementi diverſa quoque extitit forma, ut ex pluribus inſcriptionibus liquet, in quibus obelus coëuntes non tangit lineas; Sed deducta ſeorſum vergit hoc pacto A; qui ſcribendi mos ab ultimâ vetuſtate, ad infima Imperii Romani tempora perduravit. Si qua ames antiqua monumenta tali literâ inſignita, plurima exhibet Raphaël Fabrettus Inſcript. Antiq. cap. 3. pag. 120. num. 12. 13. & 14. ac alibi ſæpiùs.

Primum autem ſibi vindicat locum hoc elementum non ſolum, & apud Græcos; ſed etiam apud Hebræos, & Ægyptios, ut docet Pierius Valerianus lib. 47. cap. 27. Rationem adducit Scaliger lib. 1. de cauſ. L. L. c. 38. quia prima, & notiſſima Infantis vox, cum quâ primum hujus vitæ ſpiritum primùm hauſimus, neque re ullâ eget aliâ, quàm hiatu oris ſolo, ſine ullo motu cæterorum inſtrumentorum.

In Sacris Literis nota eſt quandoque imperfectionis: ad quod facit illud Hieremiæ cap. 6. & 14. Ezechielis c. 4. & 20. atque Joëlis c. 1. dicentium *A A A neſcio loqui. Ego ſum*

Digitized by Google

Alpha, *&* *Omega*, ideſt, principium, & finis. Motum etiam vel progreſſum denotat; ut ait Garopus, quia os leniter aperit veluti januam quandam ad progrediendum, ac linguam rectam, planamque porrigit adeoque noto quod apud Hebræos, quæ videtur ſtare loco literæ A latinæ, litera hebraica א Aleph non ſonum aliquem, ſed tantùm oris aperitionem denotat. Ideo per A leni, recto, ac facili ſono ad motum hortamur: undè præpoſitiones *Ad*, *ab* *&c*. Pierius verò A ſymbolum Bovis facit, vel Bovem hujus literæ; quia Phœnices literarum inventores primæ vocalis nomine Bovem appellârunt. Hunc ſequuntur Angelus Caninius in inſtit. Linguæ Syriacæ, & Scaliger in Euſebii notis. Et Plutarchus in Sympoſiacis lib. 9. quæſt. 2. refert Cadmum quia bos primus ei occurrit dum Urbis in Bœotiâ ædificationem meditaretur in literarum ordine *Alpha omnibus præpoſuiſſe, quia Phœnices bovem ſic vocant*. Cic. pro Milone ſalutarem vocat literam. *Nec vobis ſalutarem hanc in judicando literam, nec illis tam triſtem dediſſet*. Erat enim apud Judices abſolutionis nota, undè ſalutarem dicit. Notkerus Medicus in ſuo Opuſculo inſcripto *Quid ſingulæ literæ in ſupraſcriptione ſignificent Cantilenæ*, edito tom.5. Antiq.lect. Caniſii part.2. poſt pag. *728. ut altiùs elevetur, admonet*. Ita retulit Eckeardus Junior lib. de caſibus S. Galli c. 4.

his

his verbis : *In ipſo quoque* (Antiphonario) *Primus ille* (Petrus) *literas Alphabeti ſignificativas notulis , quibus viſum eſt , aut ſuſum , aut juſum , aut ante , aut retro , aſſignari excogitavit ; quas poſtea cuidam amico quærenti Notker Balbulus dilucidavit* . Petrus autem cujus mentionem facit , fuit ex iis unus , quos Adrianus Papa Caroli Magni rogatu in Galliam tranſmiſit , ut Romanum cantum edoceret . Martialis lib.2. epig.57. literam A accipit pro homine primario , à more numerandi per literas Alphabeticas, quando nuncupat Codrum quemdam *Alpha Pennulatorum* . Si uſum utcumque ſpectare obiter ſit Græcis vocibus præpoſita priuandi vim habet, ut βέβαιος *ſtabilis* ἀβέβαιο *inſtabilis* &c. Plautus in Caſinâ utitur hoc elemento tamquam interjectione ad riſum , & exultationem exprimendam : quod , & apud Græcos Poëtas , Euripidem præcipuè , & Sophoclem ſæpe frequentatum cernimus .

B. b. *B. b.*

Dividuum Betæ monoſyllabon Italicum B. Auſon.

II. Idem quod Græcum vetus Beta : formatur lineâ perpendiculari, ex cujus extremitatibus excitantur duo velut ſemicirculi , qui à dexterâ circum acti in medio perpendicularis quieſcunt : ſuperior gracilior eſt , craſſior verò inferior . Ex Ægyptiacâ ſignificatione , ut ait Chircherus , fœcunditatem deſignat .

Ex

Digitized by Google

Ex Goropi verò ſententiâ, propinquitatem, conjunctionem, & compreſſionem, quia in ejus ſono labia comprimuntur. Apud Hebræos Domum deſignat. apud Diogenem Laertium Eratoſthenes Philoſophus, ut Eſichius Mileſius ait, literæ B cognomento vocatus fuit, quod ſummis proximus in omni diſciplinæ genere ſecundas teneret. Litera Ovina appellanda, eo quod, ut notat Pierius, proprium eſt Ovi literam ejuſmodi articulato proferre ſono: hinc Etymologici Cratinum citant dicentem

Stolidus tamquam pecus Be Be dicens ambulat .

C. c. *C. c.*

III. Semicirculum præſefert; fluxitque ejus forma, ut placet Scaligero, ex Græcorum K rectâ lineâ amputata; ſeu, ut ſentit Voſſius, ex Γ rotundato; quod probabilius reputo, cùm veteres Romani C perpetuò ſcripſerint, ubi poſteriores G; ut ex his Auſonius Idil. 12. ubi agens de K literâ, inquit.

Hæc tribus in Latio tantùm addit nominibus K.
Prævaluit poſtquam Gammæ vice functa
priùs C.

Suidas eam vocat κάππα Ρωμαϊκόν *Romanum Cappa*, dicitque in Senatorum calceis apponi ſolitum fuiſſe; unde Statius lib. 5. Sylv. 2.

Primaq; patriciâ clauſit veſtigia Lunâ .

Et Juvenal. ſat. 7. v. 192.

Appoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ .

hoc

hoc eſt literam C, in modum bicornis Lunæ efformatam. Etiam hic mos colligitur ex Martial. lib. 2. epig. 29. & Philoſtrato in vitâ Herodis Attici. Quid verò hoc ſigno ſignificetur exquirit Plutarch. in Rom. quæſt. ac Iſidorus lib. 20. Orig. cap. 34. qui ait Lunulam eſſe centenarii notam, eâque ſignificari initio centum fuiſſe Senatores. Hoc etiam videre eſt apud Zonaram; qui tamen cùm audiſſet centenarii notam in Senatorum calcis eſſe; credidit in his fuiſſe P, quæ Græcis centum deſignat, ut ſuo loco infra videbimus. Sanè C ex Chirchero Symbolum eſt Lunæ. Nota quoque condemnationis, de quâ Ciceronem intellexiſſe, communiter credunt ejus Interpretes, aliique ſummi viri, cùm pro Sex. Roſc. agens, inquit: *Sed ſi ego vos bene novi, literam illam, cui vos uſque eò inimici eſtis, ut etiam eas omnes oderitis; ita vehementer ad caput affigent &c.*

D. d. *D. d.*

IV. Non parum à Δ receſſit, nam ut hîc triangulus Iſoſceles eſt, ita illic eſt dextra pars ſemicirculi rectâ lineâ clauſa: undè meritò Auſonius.

Non formam, at vocem Deltæ gero Romuleum D.

At hac in parte parùm ſanè loquutum Auſonium dicit Scaliger, cùm nihil à Grecâ formâ, ut ipſe fatetur, D. Romanum recedat;

fir-

firmatq́ue ſuam ſententiam in eo quod in inſcriptionibus Farneſianæ Columnæ habeatur ODENI, HODOI, & id genus alia per D. Romanum ſcripta, non verò per Δ triquetræ figuræ: contenditq́ue vetuſtiorem figuram eſſe illam rotundiorem, quæ Romanis uſui. Atqui, ut illam probaret vetuſtatem, antiquius monumentum protuliſſe opus erat Scaligero, non verò Farneſianæ illud Columnæ, quod demum ſub Antonino Pio extructum fuerit. Sed alibi locus dabitur ejus lapſum clariùs, apertiuſq́ue conſiderandi: nunc propoſito inſiſtamus.

E. e. *E. e.*

V. Eſt una perpendicularis linea, quæ tribus obelis jugulatur, medio, ſummo, & imo: quod factum dicit Scaliger ut ab F ſpiritu, à Γ & à L lambda diſtingueretur. Cur tamen L Latinum lambda vocet ipſe videat. Sanè E, figurâ omnino congruit cum Epſilon Græcorùm. Ejus formam, ſicut & præcedentis literæ carmen Priapejum declarat.

E, D, ſi ſcribas, temonemq; inſuper addas,
Qui medium D vult ſcindere, pictus erit.

F. f. *F. f.*

VI. Formatur ex duplici Gemma alternatim ſibi ſuppoſito, ut auctor eſt Priſcianus lib. 1. Uſum talis literæ in Latinis Claudio tribuitur à Quintil. lib. 1. cap. 12. *Claudius*, ait, *nec inutiliter Æolicam illam Ⅎ ad hos uſus litera-*

terarum adjecerat. Tranquillus verò cap. 41. in vitâ ejuſdem Tib. Claudii tres literarum configurationes excogitaviſſe eum tradit. *Novas etiam*, Tranquilli verba ſunt, *commentus eſt literas tres, ac numero veterum quaſi maximè neceſſarias addidit. De quarum ratione cùm priuatus adhuc volumen edidiſſet, mox Principes non difficultèr obtinuit, ut in uſu quoque promiſcuo eſſent. Extat talis ſcriptura in pleriſq; libris, ac diurnis, tituliſq; operum*. Hanc tamen literam, ut aduertit Lipſius, non Claudius ſolus inter literas habendam cenſuit; ſed, & Varro, ſi credimus Annæo Cornuto; Torrentius tamen auctor eſt Digamma Æolicum non quidem Claudii fuiſſe inventum, ſed ipſum tantùm juſiſſe legendum eſſe pro V conſonante, & *Octaϝia* v. g. proferetur *ut Octavia ϝulgus, ut vulgus &c.* Idem affirmatur à Tacito lib. 11. Et quidem, ut multa præteream, Dionyſius Halicarnaſſenſis lib. 1. Antiq. Roman. ſcribit fuiſſe Grecis antiquis *velut gamma duabus lineis obliquis ad rectam additis, ut* Ϝελένη *&c.* quod argumento eſt, vim ſolum hujus literæ adjunxiſſe Latio Claudium, non formam; adeo ut conſona V. apud nos illius eſſet poteſtatis, cujus Digamma apud Æoles erat. Sed de his inferiùs fortaſſe redibit ſermo. Aliam literæ F figuram dat ſequens Muſei Rampini fragmentum, in quo ſimul eſt H. Græcum pro F Latino.

DIS.

Digitized by Google

DIS. MAN. MES
TRIAE. PROVIC
TRICI, IE HCIT. M. fecit.

G. g. *G. g.*

VII. Ex C naſcitur, ſi tantùm infernè lineola apponatur. Ideò & ſæpè utrumque alterius vicem gerit tam in ſcribendo, quàm in pronunciando, uti dicetur cap. de *Literarum cognatione*. Eo quod cochleæ ſpeciem gerat, litera cochlearis dicta ex Meſſalâ. Inventorem habuit Spurium Carvilium, ſive Carbilium celebris nominis Grammaticum, quem ludum habuiſſe Romæ circa ann. 540. quidam perhibent, ut qui libertus fuerit Spurii illius Carvilii, qui anno Urbis 519. primus Romanorum dimiſit uxorem ſterilitatem cauſatus, ut teſtantur Dionyſius lib. 2. Antiq. Rom. Valer. Max. l. 2. c. 1. Gellius lib. 4. c. 3. Plutarch. in Romulo, & Numâ.

H. h. *H. h.*

VIII. Aſpirationis nota non litera eſt, ut expreſſit Auſonius

Spiritus hic, flatu tenuiſſima vivificans H.

Didymus appellat notam patibularem. Ideo notata eſt forma à contrario, quia patibuli pœna vim aſpirationis tollit. Priſcianus flatilem vocat. Auſonius tamen attribuit Græco Η ut apparet hoc carmine

Ho-

Hoſtilis quæ forma jugi eſt, hanc efficiet Π.

cui Feſtus adſtipulatur his verbis: *Jugum ſub quo victi tranſibant, hoc modo fiebat: fixis duabus haſtis, ſupra eas ligabatur tertia: ſub jis victos diſcinctos tranſire cogebant.* Atque ideo *hoſtile*, quoniam ab hoſte victi eâ affici ſolebant ignominiâ. Idem Livius affirmat lib. 3. c. 28. *Tribus haſtis jugum fit, humi fixis duabus, ſuperq; eas tranſverſa unâ deligatâ.* Ex quibus deduci poteſt Π patibularis potiùs nomen literæ promereri, cùm ejus forma magis ad patibuli ſimilitudinem accedat. H verò ſpiritum dicerem, quod vitam, non mortem ſignet; qui enim jugum ſubibant mortem ſubire prohibebantur. Sed quæres hìc Anticlaudiani verbis lib. 2.

Quâ ratione, quibus cauſis H litera non ſit
Cùm ſibi prætendat ſcripturam, nomen, & uſum;
Sed cifri loca poſſideat, ſolâq; figurâ
Jus ſibi defendens elementi præferat umbram.

Reſponderi quidem poteſt primò Ulrichi ab Hutten de arte verſificatoriâ verbis; verum quidem eſſe, quod

H nota nonnullis venit aſpiratio verbis:
Non tamen idcirco, quo poſſit litera dici.
Adde, quod in verſu cadit hęc, & nulla putatur
Nec te conturbet ſi objecerit unus, & alter
Poſthabitâ coluiſſe Samo hìc illius arma.
Non ego confirmo, quo quiſquam eſt rarior uſus.

Dici inſuper poteſt, ex eo nos inferre literam neu-

neutiquam eſſe, tum quia inter Græcorum literas ſedem numquam habuerit, tum quia Græci pro ſpiritu ſemper adhibuerint. Quod ex antiquis ſexdecim, aut decem & ſeptem Græcorum literis non fuerit, diſertè probavit vir eximius Gerardus Voſs. lib. 1. de Art. Gram. c. 16. quod denique ſemper Græcis aſpirationis fuerit nota, liquidò conſtabit ubi de ſpiritibus, eorumq́ue ratione ſermonem habuerimus. Omitto inſignium Scriptorum, qui noſtræ ſuffragantur ſententiæ, innumeras auctoritates: quos inter Priſcianus lib. 1. cap. de liter. num. & permutatione. Marius Victorinus lib. 1. cap. de enunciatione literarum, Jovianus Pontnus lib. de aſpiratione, Nigidius Figulus, Terentius Varro; aliique ſexcenti. Verùm quod caput eſt, H, ut Latini accepere à Græcis vetuſtis, ita Græci hanc aſpirationis notam accepere à Phœnicibus, ex quorum figurâ Græcorùm, Latinorumq́ue H manifeſtè effictum eſt. Quidam cenſet, non ſine myſterio præponi ſolere Theuthonibus hanc Literam nominibus propriis, ſive appellativis, v.g. *HLduicus*, *HLotarius*, *HRabanus &c.* ajuntq́ue Heeren, ideſt Dominum innuere, quemadmodum Latini D plerunque uſurpant; hac tamen diverſitate, quod iſti poſt D. punctum apponunt. *Herr* autem, ut auctor eſt Walfridus Strabo lib. de rebus Eccleſ. c. 7. ab *Heros*, ſeu potiùs *Herus* deducitur.

citur. Nos Itali quidem hac literâ, ſivè aſpiratione utimur diverſimodè. Aliis nimis familiaris eſt, aliis nimis aliena. Nullum eorum damnare tamen præſumo: quiſque enim habet quo ſe tueatur: dicam tantùm quod ſentio, & quod in uſu mihi eſt. Ibi ſcribo H, ubi pronuncio: ubi verò non pronuncio, nec ſcribo: excipio tamen has voces *Hò*, *hai*, *hà*, *hanno*, ideſt habeo, habes, habet, habent, ad diſtinctionem *ò* particulæ disjunctivæ Latinis, *vel*, *ai*: ſivè *agli*, vel *alli*, articuli pluralis tertij caſus *his*: *à* vel *al* latinè *huic*, & *anno* Latinis *annus*. Voci etiam *Huomo* aſpirationem appono, quâ vim lenire V conſonantis præſumo. Sequatur quiſque quod placet. Advertat tamen gutturale Florentinæ plebis vitium ne ſcribat.

I. i. *I. i.*

IX. Simplex linea recta, minimaque omnium literarum: quapropter à Cæcilio Nanus, ſeu Pumilio dicta. Iotæ Græcorum formam prorſus imitatur, hinc Auſonius

Litera ſum Jotæ ſimilis, vox plena jubens I.

Quod ratione Platonicâ acceptum eſt; nam Plato in Cratyllo: Jota ad tenuia quæque per omnia maximè penetrantia eſt; idcirco *jene*, ideſt *ire*, progrediſque I literam imitatur. Dicta quondam jacularis, tam formâ, quàm vi. Symbolum etiam medii inter abſolutionem, & condemnationem, quod igno-

D to-

torium vocat Lancellottus lib. 3. cap. 15. de picturâ probatâ Literarum. Pierius Valerian. lib. 47. c. 25. I tamquam columnam dicit, ad cujus imaginem figuratur. Chircherus lib. 2. de Inſtitut. & fabricâ Hieroglyph. cap. 8. Quod inter numeros *μονὰς* ſeu *unitas* eſt, id Jota inter literas Ægyptiacas eſſe dicit, è quâ veluti omnium minimâ cæteræ omnes literæ componuntur. Per hanc ſolitariè etiam poſitam nomen JESU ſignificari conſueviſſe, docent numiſmata antiqua & apud Græcos, & apud Latinos, quæ in medium proferre, ne longiùs divertam, nolo. Sic docet Paulus Aringhus tom. 2. Romæ ſubterraneæ lib. 6. c. 28. & Clemens Alexandrinus in Decachordo, inquit; *Numquid autem Decachordum Pſalterium verbum JESU ſignificat, qui manifeſtatur elemento decadis*. Jota enim Græcis denarii numeri nota eſt.

K. k. *k*.

X. Litera omnino Græca, quam ipſi Kappa nominant. Fit ſi Jota, dextrâ parte addas fractam lineam; ita ut in medio angulum faciat, & Jota tangat. Iſidorus lib. 1. narrat Salluſtium Ludimagiſtrum omnium primum ſinè neceſſitate literarum hanc à Græcis uſurpâſſe. Martianus Capella lib. 3. *K verò nunc nota putatur eſſe, non litera*. Quintil. lib. 1. cap. 7. *Nam K quidem in nullis verbis utendum puto, niſi quæ ſignificat, etiam ut ſola po-*

na-

Digitized by Google

natur. Hoc eò non omiſi, quod quidam eam, quoties A ſequatur neceſſariam credunt, cùm ſit C litera, quæ ad omnes vocales vim ſuam proferat. Quam rationem idem Capella adducit. *Nam ejus effectus C integrare non dubium eſt, abſque his Kapita, Kalendæ, Kalumnia.* Imo Julio Scaligero C noſtrum fluxiſſe videtur à K ipſo Græcorum lineâ rectâ abſciſsâ, quod ſuprà dicebamus; cujus ſententiæ Auſonius etiam

Cappa fuit quondam Bœotia, nunc Latium K.

Terentianus verò

K ſimiliter otioſa cæteris ſermonibus;
Tunc in uſu eſt, cùm Kalendas annotamus, aut Kaput.
Sæpè Kæſones notabant hac vetuſti literâ.

Paſſim adhuc utuntur Germani, Hungari, Poloni, Batavi, Angli, aliique Populi in Europâ, ac præcipuè Septentrionales in ſuâ maternâ linguâ; imò & latinè ſcribentes in cognominibus, aut nominibus materno more prolatis, ubi notavimus ſimul apponere C, & K, ut: *Laurentius Boëyerlinck, Petrus à Beeck,* qui texuit hiſtoriam Creationis Imperatorum. Erneſtius Gockelius, qui de Circulo Sueviæ &c. Nota eſt condemnationis apud Græcos, ſicut C apud Latinos: ex Aſcanio Pediano.

L. l. *L. l.*

XI. Forma eſt eadem cum Γ Græco; ſed inverſo. Scaliger Comment. in Varronem.

L, inquit, *nota eſt, quam olim inſerere ſolebant ad deſignandum locum laudabilem: quod patet ex Commentario, ubi L. L. exponitur locus laudabilis* . Vide & Robertum Titium lib. 10. cap. 14. in ſuis variis lectionibus de locis controverſis. Et hîc etiam (ut notat P. Petrus Franciſcus à Conceptione noſter Exgeneralis in ſuo Elucidario Biblico, verbo *Annus*, cujus verbis utar) locum habet eruditio ad nos derivata per Eminentiſſimum de Noris de epoc. SyDiſ. 4. cap. 1. tom. videlicet: apud Ægyptios annum notâ L deſignatum fuiſſe.

M. m. *M. m.*

XII. Græco ſigma ita reſpondet, ut dici poſſit. *Sigma jacens ſi ſurgat, erit nota quæ legitur M*. Apud Euripidem in Theſeo, Paſtor literarum ignarus Theſei nomen ſcriptum exprimens, utrumque characterem ita deſcribit

Σ *Cincinnus inde tortus ipſa tertia.*
M Extrema differt nil figura tertia.

Aqueam literam, quòd aquæ undas imitetur effigie, vocat Chircherus. Longitudinem ſignat, ut docet Plato in Cratyllo. Literam mugientem appellat Fabius lib. 12. cap. 10. Fuit inſignis nota Meſſeniorum, quam etiam ſcutis imponere conſueverunt teſte Cælio.

N. n. *N. n.*

XIII. Duabus perpendicularibus lineis fit, quæ tertiâ ac ſi catenulâ per tranſverſum

ſum

Digitized by Google

ſum copulantur; à ſiniſtræ capite ad dextræ pedem uſque protensâ. Ab Auſonio deſcribitur in hunc modum

Zeta jacens, ſi ſurgat, erit nota, quæ legitur N.

Talis formę, ut ex Tyrone refert Papyrianus, ratio eſt, quia ubi ſignificabatur liberatio, Jugi virga media, vel haſta declinabatur. Hanc verò literarum loco nominis proprii poni cœpiſſe paulò ante annum Chriſti milleſimum, obſervat Hugo Menardus ad lib. Sacram. Gregorii, cùm priùs nota hæc *ill* cum lineâ tranſversâ poneretur, ut ex antiquis MSS. & vett. Codd. patet. Vir tamen doctus, & hiſce in rebus, ut in aliis apprime verſatus Jo: Mabillonius ante annos 800. literam N eo ſenſu adhibitam contendit.

O. o. *O. o.*

XIV. Quidam Antiquorum *annularem*; quidam verò orbicularem dixere, quòd rotunda ſit velut annulus. Ab hac literâ ovare dictum putant à voce militum; undè Feſtus: *Ovantes ideſt lætantes, ab eo clamore quem faciunt redeuntes ex pugnâ victores milites, geminâ O literâ*. Conſummationem, & perfectionem deſignat ex Macro; quia etiam æternitatem poſſumus per ipſam ſignificare. Solem verò, Mundi Dominum ex Chirchero.

P. p. *P. p.*

XV. Linea in cujus dextro latere ſemicirculus adjunctus eſt ad dimidium lineæ; eâ-

Digitized by Google

dem prorſus formâ ac B reſecato inferiori ſemicirculo : undè verſus

Inferius corpus reſeca à B, fit ſubito P.

Impreſſionem in aliquid ſignificat; & quòd priùs labra comprimendo ſonus è medio eorum propellatur, & quodammodo erumpat, & quia P vehementiùs premit, quàm B. hinc *pes*, *pecus*, *planta &c.* Ex Goropio in Hermathenâ. Scaliger auctor eſt hanc literam è Græcorum Δ efformari, quomodo veteres ſcripſere pro P. Nam Dionyſius Halicarnaſs. lib. 1. Antiq. Rom. ſe vetuſtâ in æde, dicit, ſub Veliâ, ſigna Deorum Penatium vidiſſe, quibus inſcriptum ΔENAS; quod prò PENAS poſitum fuerat. Subdit Scaliger quod ſicuti ex ſuâ ſententiâ ex Δ rotundato D noſtrum effectum eſt; ita ex eodem Δ pro P poſito factum erit P lineâ rectâ deorſum deducta. At Simplicius eſſe videtur P ex Γ eſſe. Vide quæ Scaliger habet in digreſſione de Jonicis literis ad Euſebii annum 617.

Q. q. *Q. q.*

XVI. VVillichius ſic eam deſignat: *Orbis eſt, cui appenditur curva lineola veluti cauda muris*. Ex replicatâ C compoſitam affirmat Auſonius

Atque alium pro ſe titulo replicata dedit Q.

ideſt, ut explicat Lipſius, *replicata*, & converſa novum pro ſe titulum, ſive indicem literæ dedit Q. Ex duplici C recto, & inverſo, illud

illud Q aptiſſimè compinges. Hac Sabini carebant. Inventa fuit, ut ait Priſcianus lib. 1. propter U literam

Namque Q præmiſſa, ſemper V ſimul jungit
ſibi,
Syllabam non editura, ni comes ſit tertia
Quælibet vocalis.

ut tradit Terentianus. Martianus Capella lib. 13. cap. de mutis duplicem vocat, & compoſitam literam. En ejus verba: *Conſtat Q ex C, & V; Ideoq; duplex, & compoſita dicitur.* Idem habet Diomedes lib. 2. cap. de lit. interrog. Imò non ſolùm poteſtate, ſed etiam figurâ demonſtratur compoſita. Nam ſi ejus delineationis ductum obſervemus, inveniemus, in eâ parte quâ caudata eſt ad literam C adjectum eſſe U tamquam in Q contentum, cujus pars una protrahitur, altera hiatum literæ compeſcit. Sanè ex eo factum puto, quod in antiquis codd. & inſcript. alterum U ſæpe omiſſum videamus, & *qis, qid, qærit, equs* pro *quis, quid, quærit, equus*, ſcriptum. Et profectò, ut habetut ex Victorini lib. 1. Q literâ nunquam uſus eſt Licinius Calvus, ſicuti Nigidius Figulus in ſuis Commentariis. Communiter quoque è numero literarum proſcribendum Q volunt Grammatici.

R. r. *R. r.*

XVII. Ex P Formatur, ſi fulcrum ſub-

tendimus. Hanc literam primus Romanis dedit Appius Claudius J. C. ut pro *Valeſiis*, *fuſiis &c. Valeriis*, *fuſiis* diceretur: Ex Pompon. dig. de orig. juris tit. 2. Spartanis fuit in amoribus hoc elementum, ut refert Caſaubonus. Canina à Latinis denominata, quia canes irritati hirriunt, & eam videntur exprimere. Hinc. Perſius ſatyr. 1.

. . . . *Sonat hîc de nare caninâ Litera*.

Hanc Demoſthenes Oratorum præſtantiſſimus proferre non poterat, quapropter calculo in os accepto, ita rerorizo frequenter pronunciare canabatur, ut omnes expreſſiones hujus literæ ſuperaret. Ex Volat. Gellio. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 14. Plato in Cratyllo docet hac lirerâ motum exprimi, ut: *fluere, tremere &c*. Horrorem etiam notam ejus frequentia: ut in Virg. Æn. lib. 2. *Horreſco referens*: *& Arrectaq; horrore comæ*.

S. ſ. s. *S. ſ. s.*

XVIII. In morem anguis ſe circumgyrantis formatur, quamobrem à Meſſalâ *anguinea* appellata. Actius in Doloreſte, referente Plinio: *Hic Nanus modo tectus obſtipo capite; modo ſinuoſus literam anguineam facit, corpori addit vocem*. Quibus verbis graphycè depinxit hanc literam. Per hanc ſilentium quandoque conciliamus; unde Cælius lib. 12. c. 18. inquit. *S. literam habere ſilentii notam ne pluribus quidem probandum reor; quando taciturnitatem*

im-

imperare cupientes linguâ ſonum ejuſmodi velut ſibilum efformamus; quę & ab hoc ipſo Gręcè Sigma creditur appellata παρὰ τὸ σίζειν Veteres tamen Latini S, & T ſimul agglutinantes effingebant ST ſyllabam, quæ ſola, ut Verius inquit, ſine vocali compacta videtur; quâ & in 2.. 3. 3 Et in Andr. *3. 3. 36. Phorm. Terentius ſit uſus.*

T. t. *T. t.*

XIX. Auſonius tali pacto ipſius deſcribit formam:

Malus ut antennam fert vertice, ſic ego ſum T.

Græcis, & Hebræis *Tau* dicitur, & Crucis formam exhibet, atque in ſacris paginis ſignum ſalutis eſt, ut patet ex Ezechielis cap. 9. *Super quem videbitis Tau, ne occidatis.* De quo videndi S. Hieronymus in eum locum, & in cap. 59. Gretſerus de Cruce: Brodæus lib. 1. Foquelinus Comment. de Satyr. 4. Perſii. *T nomini militis appoſitum ipſum in bello ſuperſtitem ſignabat.* Paulus Diaconus ne notis literarum. Idem tradunt Iſidorus lib. 1. Etymol. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 5. Refert Valerius Maximus lib. 2. c. 2. quod cùm non liceret tribunis plebis curiam intrare; ante valvas poſitis ſubſeliis, decreta Patrum attentiſſimâ curâ examinabant, ut ſiqua ex eis improbâſſent, rata eſſe non ſinerent; ſi qua probâſſent T literâ ſubſcribebant, eâque notâ ſignificabatur Tribunos quoque cenſuiſſe. Ægyptii Serapidis pectori literam Tau, quaſi futuræ ſi-

Digitized by Google

ſignum vitæ inſcribebant. Ex Gretſ. lib. 1. de Cruce c. 51. Hebræi, ut Origenes docet, quia Hebraicarum literarum noviſſima eſt, & quia *Tora*, ideſt lex, à *Tau* incipit; eos potiſſimum ſignificare aſſerunt, qui perfectam, omnimodamque Divinæ legis ſcientiam obtinent. Hæc eadem diverſis verbis tantùm habet S. Hieronymus.

U. V. u. *V*. *v*.

XX. Hujus literæ, ut vides varia poteſt eſſe forma prò diuerſitate characteris; alia enim eſt ſi vocalis ſit, alia ſi conſonans: alia ſi character Romanus ſit, alia ſi curſivus; quod dicimus. Quia verò hæc ex profeſſo alibi examinanda ſunt, ne repetendo brevitati officiamus, hîc ulteriùs de hiſce formis ne diſquiramus. Auſonius feralem literam nominat.

Cecropiis ignota notis ferale ſonans U.

feralem autem ex eo dictam velim, quia ſæpè apud Latinos rem funeſtam componit: ut *ululare, bellum, duellum, mugitus &c.* Cum quis bovinator titillivitium in Romulum proclameret. Cur igitur *murs* non dicitur, aut *murtuus*? Ælius diſcipulus reſpondit: Mortuum per O ſignatum, ut ordo ſeruaretur naturæ, quæ à vita incipit, in mortem deſinit: Mors verò vel è contrario ſignata, ut: *bellum*, *manes* per antiphraſin. Vel à judicio igitur aurium, vel à varietate dictionum ſigniſi-

gnificationes accipiuntur. Græcis, ut liquet ex Auſonii loco ſupra propoſito, litera U ignota eſt, fluitque: Nec eſt quod Scaliger opponat in Farneſianâ Columnâ legi MAPTVS, & in Auguſti nummo AYΓV-CTOC, cùm hæc fuerint exarata, quando Græci ſub Romanorum erant poteſtate; quo tempore Romanas literas Græcis immiſcere conſueverunt. Neque enim antiquius proferet monumentum, ubi V Latinâ formâ conſpiciatur. Præterea ſtant pro nobis Marius Victorinus qui etſi det noſtrum V eſſe à Græco Y abſciſſo ſcapo, quod ultrò admittimus; nihilominus Græcis talem denegat formam: & Pierius qui lib. 47. c. 25. hæc habet de V loquens: *Vocalis ea apud Græcos non habetur; ſed ejus ſoni vice diphtongum ponunt* ου, *quam Latini cùm uno charactere* ȣ *ſæpe ſcribi obſervaſſent, contractâ in acutum parte inferiori, V, ſuam fecere, per quam ſuum illum uſitantiſſimum, peculiaremq; ſonum exprimerent*. His concinit Voſſius, aliique permulti. Sed vel in hoc deficit Scaliger cùm non ab Y, V; ſed ab V, Y producto ſcapo factum credat. Secundum Chircherum proceſſum inferiorum ad ſuperiora hoc elementum ſignificat. Per ȣ Græcam aliquando laqueum deſignari docet iſtud Auſonii epig. 120. in Eunum.

Miſelle docto ȣ *tibi ſi obſcæno.*

Hoc eſt laqueus; nam ȣ gerit formam laquei collo involuti.

XXI.

X. x. *X. x.*

XXI. Sunt duæ ſe interſecantes lineæ. E Græcis accepta litera, ut eorum vocabula, & multa alia peregrina ſcribamus, diverſâ tamen poteſtate; quia Græcè ſonat *Chi*, latinè autem *ix*; & valet in prolatione C S, aut G S.

Nam X quod Græcis commune videmur habere,
Cappa, & Sigma facit;

ut innuit quoque Terentianus. Quando nam hujus literæ apud Latinos cœperit uſus infra dicetur. A multis profectò dictionibus illam exemiſſe, vel ex eo manifeſtum redditur, quod pro *vexillo*, *velum*; pro *axillâ*, *alam* maluerint; ut notavit Cicero in Orat. ad Brutum inquiens. Verba ſæpe contrahuntur, non usûs causâ, ſed aurium. *Quemadmodum Axilla noſter Ala factus eſt fugâ rationis literæ; quam literam, etiam à maxillis, & taxillis, vexillo, & paxillo conſuetudo elegans Latini ſermonis evellit.* Quintil. l. 5. c. 5. *Et noſtrarum ultima X, quâ tamen carere potuimus*, ſi non quæſiſſemus. Juſtinus Martyr, monet hanc literam continere myſterium Crucis, Platonemque citat differentem in Timæo Deum in Mundum inſtar X poſuiſſe. Sed elegantiùs expreſſit Baron. t. 3. an. 312. 23. his verbis: *Per literam enim X conſueviſſe Chriſti nomen intelligi, fidem facit etiam Julianus Apoſtata in Miſopogone. In hoc verò & illud obſervandum, mirâ concinnitate eiſdem ele-*

men-

mentis exprimi ſimul Chriſti nomen, & Crucis ſignum, ut Crux in Chriſto, & Chriſtus in Cruce monſtretur.

Y. y. Υ. *y.*

XXII. Hæc Græcorum vocalis ita ab Auſonio deſcribitur:

Pythagoræ bivium, ramis patet ambiguis Υ

& apud Euripidem in Theſeo.

Sunt differentes lineæ inter ſe duæ,
Quæ conveniunt omnes in unam baſim.

Dicitur litera Pythagorica, non quia fuerit ejus Inventor Pythagratas Samius; fuit enim Palamedes; ſed quia in eâ, ſymbolum ipſe duarum viarum cognovit, quæ nobis propoſitæ ſunt per ſectionem ipſius literæ in duas partes, quarum dextera anguſtior ad virtutem, altera ſpatioſior, & ampla ad Vitia. Hinc Perſius ſat. 3. v. 56.

Et tibi quæ Samios deducit litera ramos
Surgentem dextro monſtravit limite callem.

Quidam aſſerunt ex his cornibus unum fuiſſe rectum, alterum proclive, ac præceps, non uttumque æquè flexum, ut modò pingimus; proferuntque Carmen, quod in catalectis Virgilianis legitur:

Litera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni
Humanæ vitæ ſpeciem præferre videtur,
Nam via virtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemq; aditum primum ſpectantibus offert;
Sed requiem præbet feſſis in vertice ſummo.

Mol-

Digitized by Google

Molle oſtentat iter via lata, ſed ultima meta
Præcipitat captos, voluitq; per ardua ſaxa.

Z. z. ζ.

XXIII. Eſt N inverſum in alterum latus. Inauſpicata fuit litera, & mali eventûs: ut auctor eſt Alex. ab Alex. lib.3. cap. 5. imò & mortis ſymbolum, fortaſſis quoniam poſtrema miſeriarum, & ultimum terribilium; atque idcirco etiam ultimam literarum fecere Latini. Martianus Capella ſepulchralem vocat, quòd morientium dentes ita diſtinguantur interdum in modum Z. Græcis aliam hujus literæ formam extitiſſe, monſtrant lapides antiquiſſimi, in quibus pro Z iſthæc habetur ⌶. Ex tot unicum afferam ex Sponio Itiner. Græciæ tom.1. pag. 407. Epheſi à ſe compertum

Η ΒΟΥΑΗ ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ
ΠΟΛΙΟΝ ΑΙΛΙΟΝ ΦΑΒΙ
ΑΝΟΝ ΑΠΟΛΛΟΔΩ
ΡΟΝ ΤΟ ΔΕ ΜΝΗ
ΜΕΙΟΝ ΚΑΤΕΥΚΕΥΑΣΕΝ
ΠΟΠΛΙΟΣ ΑΙΛΙΟΣ ΦΛΑ
ΒΙΑΝΟΣ ⌶ΩΙΑΟΛΟΣ Ο
ΑΔΕΛ ΦΟΣ ΑΥΤΟΥ ⌶ Η

para-

Digitized by Google

paraphraſticè hoc ſonat: *Senatus honoravit Publium Ælium Flavianum Apollodorum bonarum artium amatorem, ex Urbe Aſpendâ, frater ejus Ælius Flavianus Zoilus curam habuit vivus hoc monumentum erigere.* Hæc quoque litera vitii ſignum erat ſi quando in ſcriptis videbatur, & mancum quid, aut minùs benè dictum erat: habeoque ex Pauli Diaconi epiſtolâ ad Sanctum Adelhardum Abbatem Corbejenſem, præfixâ S. Gregorii Magni epiſtolis, quas deſcripſerat, & correxerat: *Ex eis ſcito eſſe relectas, & prout potui emendatas eſſe, præter pauca loca, in quibus minus inveni, & tamen meo ea ſenſu ſupplere nolui; ne viderer tanti Doctoris verba immutare: quibus in locis, & forinſecus ad aurem, zetam; quod eſt vitii ſignum, appoſui.*

XXIV. Cæterùm ſi horum elementorum latiùs ſpectemus formam, quadruplicis generis characterum utuntur recentiores Typographi. Primum dicitur Romanum, ſeu rotundum, italicè *ſtampatello*, aut *antica tonda*: ut iſti (caput). Secundum curſivum nuncupatur, quod ad dexteram inclinatiorem habet formam, ad differentiam characteris Romani, qui perpendiculariter efformatur. Iſti characteres ſecundi generis dicuntur etiam Gryphis, quòd Gryphius celebris Typographus illis ſit uſus: nos verò *carattere corſivo, o corrente* nominamus; ut (*caput*). Tertium genus eſt Majuſcu-

juſcularum, quæ dicuntur etiam literæ Capitales, eo quod periodi initio fermè locentur. Hæ quoque vel perpendicularibus pinguntur lineis, aut inclinatis: ſi perpendiculari bus, hanc exhibent formam (P A T E R): ſi inclinatis iſtam (*P A T E R*) quod erit quartum characteris genus; majuſcularum nempe inclinatarum. Porrò hoc genus variari poteſt juxta numerum linearum, quem quælibet litera occupabit. Si enim duas, tres, quatuor, aut plures occupabit lineas, reſultabunt literæ quæ Maximæ, ſeu Titulares appellantur, quia plerumque impenduntur in titulis. Notandum tamen & majuſculas variari ſecundum varietatem magnitudinis minuſcularum: ridiculum enim eſſet ſi hujus magnitudinis minuſculis apponeres majuſculam hujus magnitudinis **S** aut iſtius **S**; latiorem enim minúſcularum formam, expoſcunt, quàm ſit hæc noſtra. Ea enim inter maiuſculas proportio eſſe videtur, ut ex uſu obſervare licuit, quod majuſcula excedere debeat miniuſculam, cujuſcumque magnitudinis illa ſit, medietate; ita ut ſi quælibet ex his ſe ſibi ſuperimponeret, majuſculæ ſibi debitæ altitudinem adæquaret: Præterea ſummopere cavendum eſt, ne Capitali rotundo, minuſcu-

Digitized by Google

ſculas ſubdamus curſivas; neve curſivo rotundas, in quo peccare conſueſcunt Typographi; ſed quælibet ſibi proprio charactere inſignita ſint, ne legentium oculos offendant, confuſionem pariant, atque ignaviæ quid, aut ruſticitatis præſeferant.

XXV. Si à Formâ, & ſignificatione, ad Literarum magnitudinem divertere licitum ſit, hi ſolent à Typographis communiter magnitudinis gradus diſtingui.

Canone.

Canoncino.

Aſcendonica, *cioè due righe di Filoſofia.*

Teſto *d'Aldo.*

Sopraſilvio, *e ſuo Corſivo.*

Silvio, *e ſuo Cancellareſco.*

Lettura, *e ſuo Corſivo.*

Antico, *e ſuo Cancellareſco.*

Antichetto, *e ſuo Corſivo.*

Digitized by Google

Filoſofia, *e ſuo Corſivo* .

Garamone, *e ſuo Cancellareſco* .

Garamoncino, *e ſuo Corſivo* .

Teſtino, *e ſuo Cancellareſco* .

Momipariglia .

Perla.

Deeſt Pontificale, quod Romani Typographi non habent, & aliquorum curſiuũ,ut videtis.

Hęc autẽ nomina ex eo illis data ſunt,quod tantâ magnitudine literarum uſi ſint, qui ſub initio libros impreſſerunt, aut qui Punzones, (ut ajunt) ac Matrices efformârunt; aut ex materiâ, quæ primùm fuit impreſſa &c.

XXVI. De minuſcularum formâ nihil ſuperiùs dictum eſt, quia hæc facili negotio pinguntur, atque decernuntur. Cognoſcimus enim *a* ab alpha vel nihil differre, *b* eſſe lineolam cui dextrorſum infernè hemicyclion appenſum eſt; quod ſi ſiniſtrorſum erit *d* naſcetur: ſin autem dextræ adſcriptum hemicylion hiaverit infernè nota aſpirationis *h* extabit: quando autem extra verſum infernè prominet, ſi ad dextrum inverſum ɔ adpictum fuerit, *p* fiet; ſi al lævam rectum c, *q*; & ſic deinceps, ut *f* macheræ formam refert, cui ſi dematur tranſverſa lineola *ſ* naſcetur, quâ aut in medio, aut in principio dictionis utimur: quoniam ea, quæ dictiones

cla-

claudit à majuſculâ non admodum degeneravit, ut ex præpoſitis formis ſuperiùs conſpicere eſt. Cætera vel tuo marte dignoſces: undè ad alia procedamûs.

De quarundam Græcarum literarum formâ, & ſignificatione.

CAPUT VII.

I. GRÆCARUM literarum aliam fuiſſe Jonibus, aliam Atticis figuram, tradidit vir notæ eruditionis Scaliger: nimiùm tamen certo, ut omnes fatentur, judicio, cùm hæc tantùm fuerit inter eos differentia, quod Attici ſexdecim literis, jis nempe quas Cadmus invexerat, utebantur: Jones inſuper octonis à Palamede, & Simonide inventis. Olympiadis inde nonageſimæ anno ſecundo, Archino Athenienſibus ſuadente, Jones Attici imitati ſunt; honori etenim ſuo detraxiſſe exiſtimabant, ſi cum tot bonarum artium, &, ut ipſi dictitabant, literarum fuiſſent auctores, à Jonibus octo literas mutuarent. Certè quidem fatendum eſt progreſſu temporis unà cum ſono veterem elementorum formam aliquantum fuiſſe mutatam; ut ex Herodoto habemus, paulatimque receſſiſſe à figurâ, quam à Phœnicibus acceperant: quæ quidem variatio, cùm major apud Jo-

Digitized by Google

nes, quàm apud Athenienſes extiterit; hinc eſt, ut puto, Scaligerum affirmâſſe, eos habuiſſe diverſæ formæ literas; cùm potiùs dicendum ſit noſtras haſce, quas in præſentia frequentamus, eſſe ab illis diverſas; quod uno ore omnes aſſerunt Scriptores, ipſeque Joſeph in Animadverſionibus Euſebianis lib. 2. num. 1617., oſtendit. Nam & in antiquis monumentis, & vett. lapp. ſæpè pro rutundâ illâ, quâ hodie ſignamus figurâ, quadrata cernitur, & è contrà. Hoc autem non ſolùm Græcis accidit characteribus, verùm & Hebraicis, ut docet S. Hieron. in Prologo Galeato; & communiter quælibet nationes, utpote novitatis appetentes, à veteribus receſſere; præter quam quod nihil tam perpetuum, ac firmum eſt

Quin res, ætas, uſus, ſemper aliquid apportet novi. Ter. Adel. 5. 4. v. 2.

II. Ut autem de formâ, quam nunc obtinent Græcæ literæ, atque ſignificatione aliquid dicam; Miſſas hîc faciam eas omnes, quæ cum Latinis figurâ conveniunt, ut ſunt A. B. E. Z. I. K. M. N. O. T. Y. quarum omnium ſignificationem & formam, in præcedenti capite exhibuimus, ac explicavimus; ac de jis tantùm ſermo erit, quæ à Latinis diſcrepant. Harum Princeps eſt

Γ. γ. ſ.

III. Speciem exhibet L inverſi; Gamma dictum volunt à metendo, quòd ſimilis ſit falci; de quo Auſonius

Hæc tribus in Latio tantum addit nominibus K.
Prævaluit poſtquā Gammæ vice functa priùs C.

Δ. δ.

IV. Triangulum monſtrat. Ob hanc formam *Delta* vocatur pars Ægypti inferioris inter brachia Nili, & oram versùs Maris Mediterranei, nunc *Errif* dicta, Inſula quoque apud Arrianum in Periplo, eſt Indiæ citerioris ad oſtia Indi Fluvii; & apud Xenophontem Urbs Thraciæ. Δέλτοι quoque à Græcis dicti ſunt Libelli, quòd epiſtolæ antiquitus triangulari formâ plicarentur; imò Galenus in libello qui *Medicus* inſcribitur figuras quaſdam fronti advenientes, ait deltæ ſimiles. *Deltoton* quoque ſignum cœleſte dictum ob triungularem formam, quare Cicero,

Et prope conſpicies parvum ſub pectore claro
Andromedeæ ſignnm, Deltoton dicere Graii
Quod ſoliti, ſimili quia formâ litera claret.

Fateatur ergo neceſſe eſt Scaliger Delta figuram antiquiſſimam triangularem fuiſſe, non ſemiorbicularem: alioqui peccaſſe dicendi ſunt tot ſummi viri, qui triangulares

res, ut eſt dicta Ægypti pars, ac cæleſte ſignum, vocaverint nomine ſemiorbicularis literæ, ut eſt Delta in Joſephi ſententiâ.

Θ. ϑ. θ.

V. Sic eam deſcribit Paſtor quidam apud Euripidem in Theſeo.

Eſt circulus torno velut factus benè,
Signumq; habens in ventre quod clarè patet.

Et Auſonius

Anſis cincta duabus erit cum Jota leges Θ.

In nomenclaturâ Militum defunctos in acie tribunos annotare conſuevit, ut habet Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5. & Paulus Diaconus in notis. Θ *nomini militis appoſitum, ipſum obiiſſe demonſtrat*. Ita quoque Ruffinus lib. 2. Invectivarum in Hieron. ac vetus Scholiaſtes ad illud Perſii Satyra 4. v. 13.

Et potis es nigrum vitio præfigere Theta.

Judices, inquit, *literam Theta apponunt ad eorum nomina, quos ſupplicio afficiant. Merito* ϑῆτα ἀπὸ τοῦ ϑανάτου, *eo quod quaſi habeat telum ſuum; ideoq; triſte intelligitur vel mortis ſignum. Undè quidam ait:*

O multum ante alias infælix litera Theta.

Sanè Iſidorus lib. 1. Orig. c. 3. inter quinque myſticas Græcorum literas ait ϑ mortem ſignificare: undè in Eccleſiâ S. Paulini Trevirenſi extant monumenta Bertholfi, & Ruotgeri Archiepiſcoporum ſic ſignata, ut colli-

go

go ex Brouver. lib. 9. & 10. annal. Trev.

Θ *Bertholphas Trevir. Archiepiſcopus IV. Id Febr.*

VI. Kal. *Febr.* Θ *Ruotgerus Trev. Archiep.*

ubi Thita ſtat pro *obiit, occubuit, mortuus eſt*. Similia exempla habentur apud præfatum auctorem in Antiq. Fuld. pag. 129. 153. 169. & alibi: in Gruterianis Inſcriptionibus pag. 567. 6. Huc reſpexiſſe Auſonium, credo, ubi epig. 108. in Eunum Pedagogum ſcripſit:

Tuumque nomen Θ *ſectilis ſignet.*

Apertè enim conſtat mortem ei deprecari, cujus ratio videtur eſſe, quoniam circularis forma interſecatur lineâ, hoc eſt morte, quæ ultima linea rerum humanarum eſt. Et Martialis lib. 7. epig. 36.

Noſti mortiferum Prætoris, Caſtrice, ſignum,
Eſt operæ pretium diſcere Theta novum.

A. λ.

VI. Eſt V conſonum Latinorum inverſum. Ob hanc quam monſtrat, formam, ſuturam ſincipitis Lambdoidem dixere Medici, ut ex Avicennâ refert Cælius lib. 13. c. 28. & monangulum Lambdoma, ut docet in ſuâ Epiſtolâ ad Petrum Mediceum Io: Laſcarus. Nota fuit olim prolationis, quâ Judices parum ſibi de causâ liquere ſignificabant, teſte Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5. & in eum Tiraquello; Crinito quoque lib. 6. de Honeſt.

Diſc. c. 8. Tert. Cælius lib. 18. c. 1. Lacedæmoniis fuiſſe morem Lambda ſcutis inſculptum geſtare εἰς παράσημον, ideſt notæ inſignioris gratiâ ex principe nominis literâ, velut charactere ſeipſos præmonſtrantibus.

Ξ. ξ.

VII. Sic etiam depinxit affabrè Auſonius:

Mæandrum, flexuſq; vagos imitata vagor Ξ.

Hac literâ Attici rarò utuntur, Æoles nunquam; ſed loco ejus C S ſcribunt, ut ἵερακσ, pro ἵεραξ &c. longo quoque tempore Latini morem hunc imitârunt, atque etiam poſt Antoninorum Imperium obſervârunt: ut ex veteribus lapidibus liquidò patet. Quinetiam in Longobardicis exemplaribus legere eſt *diſcit, viſcit* pro *dixit vixit*. Auguſti temporibus à Latinis cœpiſſe hanc literam frequentari ſcribit Iſidorus lib. 1. his verbis: *X litera uſque ad Auguſti tempora nondum apud Latinos erat, ſed pro eâ C & S. ſcribebant*. In hoc tamen improbatur à Voſſio Iſidorus, quod in Columnâ Duillianâ legatur *exfociunt*, pro *effugiunt*: quod monſtrat apertè talis literæ uſum ante Auguſti tempora extitiſſe. P. Nigidius Figulus hac nunquam eſt uſus in ſuis libris; ut Victorinus lib. 1. fatetur.

VIII.

Digitized by Google

Π. Ρ. ϖ. π.

VIII. Hoc elementum duplicis eſt formæ apud Græcos (ut de minuſculis taceam;) quas cùm promiſcuè ab antiquis uſurpatas videamus, eorum antiquiorem minimè poſſumus diſcernere. Primum levæ lineæ dextram emittit æqualem, hacque memoriæ proditum eſt Solonis leges pœnas pecuniarias ſignatas habuiſſe, referente Jo: Laſcaro. De hac quoque locutus Auſonius

Hoſtilis quoque forma jugi eſt, hanc efficiet Π.

Alterum dextram lineam lævæ non emittit æqualem, ſed decurtat in medio; ex quâ noſtrum P factum parvâ declinatione diximus. Hanc literam pronunciare Eubulides Mileſius Megaricæ ſectæ aſſecla Demoſthenem docuit, teſte Laërtio.

P. ρ.

IX. Latinorum P omni ex parte monſtrat undè meritò Auſonius:

Auſonium ſi Pe ſcribas, ero Cecropium P;
Et Rho quod Græco, mutabitur in Latium P.

Eretrienſes Theſaliæ populi, quoniam crebriùs ſępiuſque hanc literam proferrent, abiit in proloquium, ut docet lib. 10. Ἐρετριέων ῥῶ. *Eretrienſium Rho*. Quod adagium refertur à Diogeniano. Meminit & Plato in Cratylo. *Scis quod nos pro eodem dicimus* σκληρότης, *pro quo*

Ere-

Eretrienſes σκληρότης Quia verò hæc litera dicitur impetûs, ac vehementiæ ſignificationem habere; videtur, ut notat Aldus, in præcipites, ac vinolentos congruere proverbium. Attici hanc literam ſępè reſpuunt, ac pro eâ σ ſubſtituunt, ut: ἄρσην pro ἄῤῥην, θαρσαλέος, pro θαῤῥαλέος &c. Æoles contrà pro σ, ρ ponunt & ἵππος pro ἵππος; μάρτυρ, pro μάρτυς ἔτος pro ἔτος &c. Sed de his infrà.

Σ. C. σ. ς.

X. Duplicis formæ veteribus fuit hæc litera: vel enim ſemicirculo conformis videbatur; aut M Latinorum repræſentabat inverſam, ſiniſtroque lateri inſidentem. De primâ formâ intelligendum iſtud Auſonii

I ſimiliter Iota credi, & C. poteſt, quod Sigma ſit,

Præterea ſtibadium, ſeu lectum *Lunatum Sigma* dictum à Martiali lib. 14. epig. 87. quod ſcilicet totam ferè menſam circumdaret, ſpatio in eâ parte relicto, quo circulus deficiebat, ad inferenda fercula. Hoc genus menſæ Eudoxi inventum facit Laërtius. Sanè forma iſta literæ, quamvis antiquitùs admodum adamata, nunc in deſuetudinem cœpit abire; potiuſque ſecunda arridet nobis. Agatho Tragicus lib. de Græcorum accentibus arcui Scythico comparat; ſed minùs congruè, ut obſervatum à Lipſio de Pronunc. L. L. c. 18.

&

& Scaligero in Euſeb. cùm figura ſemiorbicularis C Arcui vulgari; vulgaris figura Σ arcui Scythico aſſimilis comperta ſit. Dores hoc elementum σὰν vocant; & Dionyſius Halicar. *adulterinum* nuncupat. Equorum fronti inuerere conſueverunt, indè equi σαμφόραι quaſi σὰν φοροῦντες, ut ſcribit Euſtathius ad Iliad. κ. Cælius lib. 6. c. 31 Pindarus oden ἄσιγμον *ſine Sigma* edididiſſe fertur; & Poëta neſcio quis è totâ Odyſſeâ omnia Sigmata ademit.

Φ. φ.

XI. Ejus formam perbellè nos docuit, qui *Phi* Caducæum baculum ſcribit eſſe mediocris menſuræ, anguibus utrinque ſuper ejus medium complicatis, ut baculus ſit diameter. De hac auſonius ſic:

Hæc Gruis Effigies Palamedica porrigitur Φ.

Scaliger in ſuis Animadverſ. Euſebianis profitetur, ſe mentem Auſonii non capere. Voſſius autumat, Poëtam eò reſpexiſſe, quod hęc litera referat Gruem unico pede inſiſtentem, uti ſolet cùm excubias agit.

Ψ. ψ.

XII. Auſonius aſſimilat furcæ tria cornua habenti:

Furca tricornigera ſpeçie pene ultima ſum Ψ.

Claudius Cæſar, auctore Svet. lib. 5. c. 41. tres inter, quas commentus eſt literas, fuit *an-*

tiſi-

tiſigma, quæ tantundem valebat ac Græcorum *Pſi*. Audiamus Priſcian. lib. 1. *Huic S præponitur P, & loco Ψ Græcæ fungitur, pro quâ Claudius Cæſar antiſigma hac figurâ ſcribi voluit; ſed nulli auſi ſunt antiquam ſcripturam mutare*. Antiſigma ideo dicitur, quia duo Sigma ſunt obverſo dorſo. Signatum tamen vult Laſcarus antiſigma & hoc pacto. Ж Porrò quod Græci finxere Ψ, id ex eo eſt, ut quidam volunt, quia Hebræi habent צ *Tſade* quod valet ts. Græci autem non tam notâ τῦ τσ, quàm τῦ πσ indigebant. Quare pro Tſade recepere Pſi poteſtate paullulum diversâ; ſed ut ajunt non valde diſſimili figurâ. Verùm meo judicio quo ad formam magis ad Hebræorum ש *Scin* accedere opinor: hæc enim Neptunni tridentem repræſentat omni ex parte: undè quidam de ejus forma loquens dixit:

Scin ſua Neptunno præbet regalia ſceptra.

Pſi autem Græcum trifidum eſt, ut de ſe patet, *Tſade* bifidum tantùm: quare neutiquam ejus formam exprimere poteſt.

Ω. ω.

XIII. Hæc ultima Græcarum literarum, ὠμέγα dicta ad differentiam ὀμίκρον, quæ & poteſtate, & formâ brevior eſt O magno. Pelvim manubriis duobus affectam, atque deorſum inverſam denotare videtur. De hac Auſonius;

Et

Et ſuprema notis aſcribitur Argolicis Ω.

Chriſtiani Arrianorum temporibus, ut præ cæteris antiquitatis inveſtigatoribus tradit Ambroſius Morales hiſt. lib. 11. c.41. *Alpha*, & *Omega* ſuis incidebant ſepulchris: ut ex eo teſtatum relinquerent, omnia, quæ de Chriſto prædicantur in Apocalypſi ſe credere; ipſum ſcilicet Principium, & finem, Deo Patri, Sanctoq́ue Spiritui comparem eſſe. Deus enim, ut innuit Prudentius hym. 10. Cathemerinon v. 21.

Alpha, ω cognominatur,
Ipſe fons, & clauſula
Omnium quæ ſunt, fuerunt;
Quæq; poſt futura ſunt.

XIV. Quod ſpectat ad minuſcularum formam, in multis ferme eadem eſt ac majuſcularum: ſic β à B ſolùm differt, quod excedit inferius corpus per directum, & ſummitatem habet rotundiorem. Alia eſt quoque forma, linea curva prębens duo corpora, ex regreſſu ipſiuſmet lineæ in ſeipſam facta, ut ϐ *Gamma* quoque una forma coincidit cum majuſculâ, ut Γ idem eſt ac Γ. ſecunda figura repræſentat *ypſilon* latinorum inferiùs magis deductum apertumq́ue; ita ut læva linea non in medio dexteræ ſiſtat; ſed ad extremitatem uſque dexteræ protendatur, ſic γ. *Epſilon* minor forma eſt ternarii numeralis nota in dextram partem obverſa, ut ε. *Eta*, ſeu *Ita* eſt *n* charactc-

racteris curſivi. *Theta* majuſculo aſſimilatur: compreſſius tamen eſt ex utroque latere, & oblongius. *Cappa* Latinorum *x* monſtrat, ſeu potiùs duplicem hemicirculum levi, tenuiſque ductu inter ſe ſe connexum, ut κ. *Lambda* eſt linea, quæ alteram cadenti ſimilem ſufflulcit. Omnino congruit cum majuſculo, niſi quia dextra linea, aliquantulum supernè fulcrum ſuum excedit, ut λ. *My* eſt *u* Latinum vocale, lævâ lineâ parum infernè productâ, ut μ. *Ny* ſunt duæ parvæ lineæ, angulum inferiorem acutum conſtituentes, ut ν. *Xi* vix habet cui comparare poſſimus, ſinuoſa enim eſt, fertque aliquid de *epſilon* figurâ, cui adjecti ſint tenues ductus retorti in extremitatibus ξ. *Pi* minoris eſt una forma cum majori congruens, niſi quantum minor habet crura non benè perpendicularia, ſed ad dextrum latus parumper vergentia, ut π. Alia forma ſimilis eſt ω, cui ſuperinducta ſit linea, ut ϖ. Sigma minuſculum triplex reperitur; aliud ad noſtrum *s* aliqualiter accedit, ut ς. ſeu potiùs ad quinarii notam, qualiter Arabicis numeris ſignare ſolemus: Alterum numerum ſenarium exhibet, inclinatâ tamen magis ſuperiori lineâ, ut σ. Tertium tandem ſemicirculo ſimilis, ut ϲ. *Tau* majorem ſequitur formâ, ut τ: Aliud Gamma minuſculum ad levam verſum deſignat, vel quaſi ſeptenarii numeri Arabicam figuram, ſed

an-

Digitized by Google

angulo penè recto ad acutum vergente, & extremitate parùm inflexâ, ꞇ. Ypſilon, vel u tenue, detur nota illa, quâ Poëtæ brevitatis ſyllabas ſignare ſolent, ut ᵛ. Phi, Chi, & Pſi majuſculas imitantur parvâ admodum varietate. *Omega* ſunt duæ parvæ lineę ſuperiùs non conjunctæ, quæ curvantes ex utrâque parte, ubi ſe tangunt aliquantulum prominent interius, ut: ω Cæterùm literarum formas magis percipere unico licet obtutu, quàm multis verborum phaleris, ac circumlocutionibus. Quare hac de re ſatis dictum ſit. Nunc ad Literarum Pronunciationem veniamus. Plura qui volet adeat Poſtellum, Jo: Baptiſtam Palatinum, Biblianandrum, Angelùm Rocha, Joannem, & Theodorum de Bry, Angelum Caninium in Helleniſmi Alphabeto, Priſcianum, alioſque, apud quos uberrima hujus rei ſeges.

De Latinarum Literarum rectâ Pronunciatione.

CAPUT VIII.

I. RECTA literarum pronunciatio, ut dictanti maximè neceſſaria eſt, ita excipienti utiliſſima. Videre licet interim, inquit VVillichius, ſcriptum in diſcentium commentariis *vallo* pro *fallo*; *cio* pro *ſcio*; *ceu* pro *ſeu*, & idgenus ſexcenta, inter quæ quantum

tum ſit diſcriminis , vel pueris, qui ſummis tantum labris bonas muſas deguſtârint, notum eſſe queat. Eſt autem elementorum figuris non mediocriter conjuncta. Quid enim eſt ſcriptura, quàm ſermo quidam mutus? Illa quidem oculis, hic verò auribus inſerviens. Optimum igitur erit germanam ſingularum literarum prolationem ſtatuere; illam ſcilicet quæ corruptis hiſce ſæculis à nobis frequentatur. Hoc verò labore magnam partem levavit nos Quinctianus Stoa, qui ſingularum literarum ſingulis quibuſque verſibus prolationem monſtravit. Maurus quoque Terentianus Carthaginenſis Poëta in ſuo de Literis, ac Syllabis libello idipſum præſtitit. Horum igitur ope adjuti juxta conſuetum ordinem, illarum Pronunciationem annuimus.

A.

II. *A ſub directo memorabilis oris hiatu eſt.* hoc eſt profertur hiatu oris congruo, ſpiritu efflante: interim autem lingua pendet, & leniter reducitur. Pierius Valerianus Hierogl. lib. 47. c. 25. hæc habet: *Notum eſt* A *ſedem habere in imo barathro pectoris, quam enunciatam palmâ ad pectus admotâ ibidem trepidare ſentimus.* Terentianus verò

A prima locum litera ſic ab ore ſumit:
Immunia rictu patulo tenere labra.
Linguamq; neceſſe eſt ita pendulam reduci,

Ut

Vt niſus in illam valeat ſubire vocis:
Nec partibus ullis aliquos ferire dentes.

B.

II. *B ſimul incluſis profertur utrimq; labellis.*
cùm in labiis ejus vis inſiſtat inter labiales literas adſcripta eſt. Quintilianus lib.... docet in compoſitione parum eſſe diſcriminis inter B, & P, maximè quando mutis præponuntur: tunc enim aures magis P audiunt, ut: *obtinuit*. Ita fit ut B duriùs æquo proferatur. Neque Græcis aliter ſuum βῆτα ſonabat, ut eſt in obſcœno verbo βίνει apud Tullium. Et Euſtathius in Homerum βῆ ab ovibus deſumptum, quæ tamen non *vi*, ſed *be*, *be*, *be* cùm balant, efferunt. Audiamus Maurum:

B litera, vel P quaſi ſyllabæ videntur.
Junguntq; ſonos de geminâ ſede profectos,
Nam muta jubet portio comprimi labella
Vocalis at intùs locus exitum miniſtrat:
Compreſſio porrò eſt in utrâque diſſonora:
Nam prima per oras etiam labella figit,
Velut intus agatur ſonus: aſt altera contrà:
Pellit ſonitum de mediis foras labellis.

C.

III. *C Linguam ad pulſos compellit utrimque molares.*
ideſt, profertur ſuper molares dentes extremitate linguæ appulsâ. Terentianus
Vtrumq; latus dentibus adplicare linguam,

C preſſiùs urget; ſed hinc hincq; remittit.
Quo vocis adhærens ſonus explicetur ore.

D.

IV. *D cogit ſuperos linguam contingere dentes.*
Et Terentianus.

At portio dentes quoties ſuprema linguæ
Pulſaverit imos, modiceq; curva ſummos,
Tunc D ſonitum perficit, explicatq; vocem.

E.

V. *E paulùm preſsâ profertur gutture linguâ.*
Segniuſq́ue os aperitur. De hac ſic Pierius loco ſuprámemorato. *E in faucibus* (ſupp. locum habet) *quam manu itidem deprehendimus, atque illa duplex eſt, Acuta, & Gravis. Gravis enim (nam eam ſono E, Latinæ literæ veteres enunciâſſe, paulò poſt in B literá oſtendemus) vocalis hæc tunc exauditur, cùm ſpiritus aliquanto inferius contrahi videtur, & ſuppreſſo quodammodo ſono enunciatur. Acuta verò ſub ſigno ε apud Græcos, E, vel, e, apud Latinos, cùm ad aperta uſque labra porrigitur, & vocaliore ſono ſe prodit.* Sanè hujus literæ diverſus ſonus attendendus eſt Etruſcè pronunciare volentibus: ſunt enim voces, quæ acuto, aliæ quæ gravi proferendæ ſunt. Sic v. g. *Tempio* pronunciandum eſt per E acutam apertis labris: *Empio*, *Eſecrando &c.* per gravem ſuppreſſo ſono: Pleroſq́ue autem audivimus aliter pronunciantes E gravantes in *Tempio*, acuentes in *Empio*, & *Eſecrando*. Profectò, ſi Latinis ac Italis pronun-

nunciandum ſit eodem, quo ſcribunt, modo; characterum diſtinctione opus eſſet, non tantùm Ultramontanis, qui noſtræ linguæ longo ſtudent conatu; ſed & cæteris omnibus ab Etruriæ ſede diſtantibus. Quod Triſſinus animadvertens à Græcis ε, ω, Valeriani ſententiam ſecutus Italo inſervit Alphabeto: Verùm ſequaces talis diligentiæ non habuit: ut ſupra dixi; fortaſſe quia accentus acutus in apertis, gravis in depreſſis, ac obtuſis ſupplere æque bene poſſunt. Terentianus:

E quæ ſequitur vocula diſſona eſt priori (ſclt. A)
Quia deprimit altum modico tenore rictum:
Et lingua remotos premit hinc, & hinc molares.

F.

VI. *F labrum inferius ſuperis cum dentibus urget.* ſeu ut vult Willichius *Erumpente ſpiritu fortiter per labia ſeſe collidentia* profertur. Maurus:

Imum ſuperis dentibus adprimens labellum
Spiramine leni (velut hirta grajam vites)
Hanc ore ſonabis, modo quæ &c.

G.

VII. *G damus, extremum cùm tangit lingua palatum*. Terentianus:

G porrò ait retrorſum coit, & ſonum prioris (ſcl. C.)
Obtuſius ipſi prope ſufficit palato.

H.

VIII. *H oritur tacitis cùm ventus faucibus halat.* Terentianus:

Digitized by Google

H litera, ſive eſt nota quæ ſpiret anhelum :
Quin hanc etiam Grammatici volunt vacare ,
Quia non addit literulis novum ſonorem ,
Sed græcula quædam Scholicæ nitellæ vocis .
Vocalibus apto; ſed antepoſta cunctis ;
Haſtas, hederas cùm loquor, hiſter, hoſpes, hujus.
Solùm patitur quatuor ante conſonantes .
Græcis quoties nominibus Latina forma eſt ,
Si quando choros, Phyllida, Rhamnes, thyma, dico.

Certè hujus literæ ſpiritus in dies magis evaneſcit, & antiqua non ſolùm ceſſavit ſi qua fuit pronunciatio ; ſed uſus , etiam apud plures Etruſcos, qui in maternâ linguâ nullibi , ſcribunt .

IX. *I Linguam impellit collidi dentibus imis .* ideſt rictu deducto , ſed dentibus pene compreſſis . De hac Valerianus : *I , tamquam columna quædam, ad cujus imaginem figuratur , palatum medium inhabitat, idq; ſuſtentare quodammodo videtur* . Maurus verò

I porrigit ictum genuinos prope ad ipſos
Minimumq; renidet, ſupero tenus labello .

Quando verò conſonans fit , lingua perſtringit inferiorem partem palati .

K.

X. *K fauces formant mediâ cum parte palati .* Hæc C valde aſſimilis ſono eſt, undè dixit Maurus :

K perſpicuum eſt litera, quod vacare poſſit
Et Q ſimilis, namque eadem vis in utrâq; eſt .

Quia

Quia qui locus eſt primitus undè exoritur C.
Quaſcumque deinde libeat jugare voces,
Mutare neceſſe eſt ſonitum quidem ſupremum:
Refert nihil K prior, an Q ſiet, an C.
Aut G quoque vel C ſimili pariq; lege
Addi (quaſi deſit) numero poteſt priorum.

L.

XI. *L facit extremum contingens lingua palatum.* ideſt linguâ palatum verberante, quando os ad hilaritatem componitur. Terentianus:

Adversâ palati ſuperâ premendo parte,
Obſtanſq; ſono, quem ciet ipſa lingua nitens,
Validum penitus neſcio quid cogit inire,
Quo litera ad aures veniat ſecunda (ſl. L.) *noſtras.*

M.

XII. *M cùm ſit, preſſum premitur per utrumq; labellum.*

Ejus namque vera pronunciatio labris compreſſis eſt; habet enim ita ſonum vegetiorem. Terentianus:

Ex ordine fugiens, cui dat locum ſinopis,
Ac tertia clauſo quaſi mugit intus ore.

Obſerva quod per *tertiam* intelligit Poëta M. ipſe enim diverſo, quàm nos recenſet ordine, ut etiam in ſequentibus nomine *quartæ, quintæ &c.* quia ipſi tales ſunt numeri.

N.

XIII. *N linguâ appulsâ collidit litera dentes.*

In hujus prolatione lingua dentibus penè in-

Digitized by Google

ſcritur, ſpirituſque nares petit . Maurus :

Quartæ ſonitus fingitur uſque ſub palato ,
Quo ſpiritus anceps coëat naris, & oris .

O.

XIV. *O venit, exoritur cùm ſpiritus ore rotundo .* Pierius loco ſuperiùs laudato , duplicem facit hujus elementi ſonum ; acutum ſcilicet , & gravem. Ipſius ſunt verba : *O item duplex , acuta, & gravis. Acuta , cùm emiſſum ab imo pectore ſpiritum circa dentes ſiſtit , & expedito cùm ore reſonare facit . Gravis cùm uſque ad dentes emiſſum interiùs revocat , & aliquantulum remoratur, quod & ipſa etiam figura quodammodo replicata ω vel Ω Græci conſtare voluerunt.* Terentianus:

O Grajugenum longior altera eſt figura ,
Alter ſonus, atque temporum nota variata .
Et mox igitur ſonitum reddere cùm voles minori ,
Retrorſus adactam modicè teneto linguam ;
Rictu neque magno ſat erit patere labra .
At longior alto tragicum ſub oris antro
Molita, rotundis acuit ſonum labellis .

P.

XV. *P datur eruptis ter litera quinta labellis .* Hæc, cùm affinem habeat cum B ſonum, prætermiſſa eſt à Terentiano .

Q.

XVI. *Q fit in appulſu cùm ſtringimus ora palati.* Et de hac quoque nihil habet Terentianus , utpote , quæ omni ex parte pronunciationem

nem habeat literæ C. Labialis cuidam viſa eſt, ſed malè, nam gutturalis potiùs dicenda eſt: ſonus enim intra palatum tantummodo exauditur, labiorum priùs facto rictu rotundo.

R.

XVII. *R facit ut ſupero criſpetur lingua repulſu.* Hæc in lambentium claſſe accenſetur, quæ linguam ad palatum anteriorem vibrant. De hac Terentianus:

Vibrat tremulis ictibus aridum ſonorem
Has quæ ſequitur litera &c.

S.

XVIII. *S cùm fit peragit colliſio ſibil. dente.* Maurus:

S promptus in ore eſt, agiturq; pone dentes.
Sit levis, & unum ciet auribus ſuſurrum.

Hæc litera quibuſdam Germanis adeo ſpumoſa eſt, ut C plerumque confundatur. Olim certè eâ parciſſimè uſi ſunt, quòd triſtem quendam ſibilum expellit.

T.

XIX. *T linguam impulſu contactis dentibus exit.* hîc *linguæ* legendum potiùs exiſtimo, quod ſenſui magis reſpondet. Vetus tamen exemplar, ex quo carmina iſta Quinctiani deſumpſi, *linguam* habet. Terentianus:

T qua ſuperis dentibus intima eſt origo,
Summâ ſatis eſt ad ſonitum ferire linguâ.

Quidam diſtinguunt T durum à T molli, quæ

profertur acuendo magis linguæ cuſpidem intra ſtrictiores dentes, ut: *malitia*; cui literæ aliquantulum motionis addentes producimus Z, quam ob majorem dulcedinem ſæpiſſimè uſurpatam videmus pro T apud Italos, ut: *conſolatione*, *conſolazione*. Romani multis in vocibus Z reſpuunt, & ſupplent duplici TT. Florentini verò ultro amplectuntur: Tranſmontani, qui necdum Latini, ac Italici idiomatis accuratæ proprietati, aures, neque linguam aptavere, T molle, & Z ferunt per S, ut: *Graſia* pro *Gratia* &c. Quemadmodum ob vitium quædam in Italiâ nationes.

U.

XX. *V facit os ſtrictum, ſic promula labra fatigat.* Profertur nempe ore contracto, labriſque prominentibus. Valerianus de eâ hæc habet: *V dubio procul in labiis tota conquieſcit. Vocalis ea apud Græcos non habetur, ſed ejus ſoni vice diphthongum ponunt* ου *&c.* Terentianus:

Hanc edere vocem quoties paramus ore,
Nitamur ut V dicere ſic citetur ortus:
Productiùs autem coëuntibus labellis,
Natura ſoni preſſior altiùs meabit.

In V conſonante deducuntur labia, & dentes in exitu vocis, ut: *novit, videt &c.* Eodem planè modo quo profertur W, quod Theutonicum dicitur. Hoc ad V conſonum latinorum accedere docet Ægidius Schudus in

def-

Digitized by Google

deſcript. Rhetiæ Alpinæ cap. 36. his verbis: *Conſonantem V nos Germani proferimus corruptè inſtar F; id quod Itali minimè faciunt, ſed proferunt etiam ut nos proferre conſuevimus literam duplicatam VV. quæ gemina videtur eſſe pronunciatio conſonantis V. Excogitaverunt autem Germani literam W, quæ eſt V duplicatum, idq; ex Græco, & Æolio ſermone, in quo fuit duplicatum YY, quemadmodum ſcribit Dionyſius Halicarn. lib.* 1. Alii tamen volunt dictum W propriùs accedere ad ſonum *ou*. Præterea obſervandum cum Jodoco in vocalibus, quod ubique ſonum non habebunt æqualem, cùm ſint δίχρονοι h.e. duorum temporum; ſed modò longiorem, modo breviorem: & illic quidem arteria, in quâ vox naſcitur, mágis occupatur, ſpirituſque ad palatum tendit productior: hîc verò celeriùs erumpit ſpiritus, ut non ita liberè os adaperiatur: quæ item cauſa eſſe videtur, quòd vetuſti interdum eas geminaverint.

X.

XXI. *X reddit quidquid C, atque S formare videmus.*

Cùm vim habeat CS, aut GS; ſonum utriuſque mixtum complectitur. Terentianus:

Mixturâ ſecunda geminum parat ſonorem.
Qui ac ſimul & quæ prior eſt jugando niſum,
Retrorſus adactam, ſolidant, premuntq; vocem.

Y.

XXII. *Ypſilon aprehenſis labris procedere juſtum eſt.*

Ne-

Digitized by Google

Neque I neque U eſt., ſed medium quid habet. Angelus Caninius pronunciandum vult ut U Gallicum in dictionibus *nous* , *vous* , vel ut qui nidorem naribus avidè hauriunt, quod Ariſtophanes uno verſiculo feſtiviſſimè imitatus eſt in Pluto:

ὓ ῦ ὓῦ ὓῦ ὓ ῦὓ ῦ ὓ ῦ .

XXIII. *Zeta ſepulchrales imitatur cōcita dentes.* Hæc doricè S & D continet, aut certè duplex SS . hac fit ſuſurrus lenior quàm in S, & eam jucundiſſimè ſonare, Fabius ipſe fatetur.

An verò mutis quæ ſequitur vocalis in pronunciando debeat eſſe E an I certum quid ſtatui nequit: cùm ſint nationes, Florentini præcipuè, aliique finitimi qui *Bi*, *Ci* , *Di &c.* promant. Rationi tamen ſi ſtandum aliquando eſt, meliùs facere dixerim qui *Be*, *Ce* , *De* , *&c.* per ſecundam vocalem proferunt: hîc enim veterum Latinorum uſus extitit, ut monſtrant apertè carmina Terentiani, Tortellius, Willichius c. 2. Orthogr. *Paſſim verò hodie ſic docent, ut alias* e *poſtpoſità, ut* be, ce, de: *alias magis in principio, quàm in fine aſſonet, ut* elle, emme, eſſe. Jo: quoque Caramuel in ſuâ Gram. Audace medit. 3. ar. 1. Deſpauterius, Aldus, Phocas, Diomedes, Servius aliique fere omnes Grammatici. Quiſque tamen ſuum ſequatur uſum, quòd nihil nocet.

XXIV. Sed quæſtionem hîc movet mox citatus Caramuel in ſuâ Logicâ ſcriptâ art. 2.

num

num faciliùs ſit loqui, an ſcribere? Pro ſcriptione ratio, & auctoritas ſtant. Auctoritas cùm David Pſal.442. dicat linguæ ſuæ velocitatem exponens. *Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis.* Ex quo inferri videtur expeditiùs calamum poſſe moveri, quàm linguam: ratio verò, cùm vel naturali lumine apertum ſit, faciliùs meliuſque operari, quæ paucioribus, levioribuſque utuntur inſtrumetis: Unico autem calamo utitur Scriptor: contrà novem inſtrumentis, qui loquitur: ut docent hæc carmina ab ipſo relata:

Inſtrumenta novem ſunt, guttur, lingua, palatũ,
Quatuor & dentes, & duo labra ſimul.
Omnibus his orator eget: mirabile dictu!
Libro ſcripturo eſt unica penna ſatìs.

Verùm hæc noſtris hiſce temporibus præſertim parùm urgent, quo rationi, auctoritatique acquieſcamus. Experientiâ enim magiſtrâ comperimus, multa proferri antequam vel paucula calamo excipias. Præterquam quòd ratio materiæ habenda eſt, ſi lingua utitur aëre, Scriptor chartâ; ac etiam, lingua inſtrumentis magis conjunctis, Scriptor magis ſeparatis. Neque verum eſt quod ſolum Scribæ inſtrumentum ſit calamus; ſunt enim & digiti, brachium, manus, articuli &c. Dixi ſupra, parum urgere noſtris hiſce temporibus, quia ex illo Davidis deducitur, Notarios fuiſſe, verba dicto citiùs per

com-

compendia excipientes , quod nobis impoſſibile eſt. Plura de his dabimus ubi de Compendiis literarum .

De quarundam literarum Græcarum poteſtate , ſeu pronunciatione .

CAPUT IX.

I. CUM tot ſummi Viri hac de re integra ediderint volumina , ſuperfluum quodammodo videtur fusè hæc pertractare : quia tamen inſtituto conſentaneum eſt vel paucula ad notitiam delibare , ideo breviter hæc ſint de literarum Græcarum pronunciatione, illarum nempe, quæ Latinis ſono minimè affines ſunt . B quidam Grammatici ut V Latinorum conſonum pronunciandum exiſtimârunt. ita Clenardus , Petrus Anteſignanus, Gretſerus, aliique ; ita tamen ut ſonus magis accedat ad b , quàm ad f. Verùm huic ſententiæ adverſantur ſummi viri , qui non V , ſed B ſonare docent ; quod teſtatur ſimilitudo ipſa literæ majuſculæ , ac minuſculæ in utroque idiomate; ut ſupra oſtenſum eſt; dictio quoque ipſa *Alphabetum* , quam omnes veteres Latini per *b* protulere non Alphavetum per *v*. ſicuti *Beta* non *Veta* dixere. Præterea inquit Boldonius , ſi Clenardus in Alphabeto ſuo β vitam appellavit , quare

mox

mox λάμβδα extulit per β, non *lamuda* per υ? Γ malè pronũciatur à multis ante ε,& ι vocales quaſi G molle, & effœminatum, cùm ſemper idem retineat ſonum, qui exauditur ante alias vocales α, ο, ω. Ante γ. ξ. χ ſonat ut N, v. g. ἄγγελος *angelus*, σφίγξ, *ſpinx*, ἀγχίσος *Anchiſes*. Hodie profertur à multis quaſi gh, nam vox γενεαλογία ſonat ghenealoghia, ſed jure id, aut temere non diſputo. Δ profertur hodiè à doctis blæſiùs quàm d noſtrum, nempe linguâ poſitâ inter dentes cum quodam ſibilo. Ego malim ut d Latinum pronunciare. E pſilon ſonus non alio modò demoſtrari poteſt, quàm ex diverſitate, quę obſervatur in dictionibus quibuſdam Etruſcis: ſic in *Capello* ſtrictè enunciato habemus *Capilli* ſignificationem, in *Cappello* per e apertum *Pileum*. Pronunciaſſe autem hoc modo Græcos putandum eſt βέλος telum, βηλὸς, cælum Latinos *ſolùm*, *ſolum*, & id genus. Porrò *Heta* apertum eſt, ac longum, proferturque ore hiante, ita ut ejus ſonus ſit medius inter α, & ε. Quod autem non, i, longum ſonet, præter ſexcentos, quos afferre poſſem, auctores, docet Voſſius in Etymologico. *Porrò*, inquit, *ex voce* βληχᾶν *ſatis patet* ἦτα *non ſonuiſſe olim* ι, ſed ε *longum: quod ipſum etiam patet ex voce* μῆλα, *quæ & ipſa vox à ſono facta, etſi aptum magis* βῆλα *futurum fuerit, quàm* μῆλα. Sed de hoc alibi redibit ſermo. Θ quaſi balbutien-

butientium more profertur, quod optimè in ſuâ linguâ Pœni faciunt. Debet enim diſcerni α τ, & δ, nam magis ſibilat, & ſpumoſiori ſpiritu effertur. I Græcis ſemper vocalis eſt, nunquam conſona, exceptis barbaris quibuſdam vocibus Ιώσιπος, Ιακωβος, quæ triſyllabæ ſunt. K ſonat ut C; ſed ejus ſonus ex conſuetudine loci temperandus.

II. Ni ſonat ut Latinum N Sed β, μ π, pronunciatur ut M. e.g. τὴν βάσιν *tem baſin*: τὸν μόρον *tom moron*: τὸν παράδοξον *tom paradoxon* *O micron* ſono maximè diſtat ab *Omega*, contrà hodie, ubi vulgus nullum facit diſcrimen: O enim ſummis labris pronunciandum eſt, ω totum implet palatum. Hoc manifeſtum his Etruſcis vocibus eſt *Botte*, *Torta*, *Torre* Dolium, placenta, turris. *Botte*, *Torta*, *Torre*; ideſt: Percuſſiones, ſeu ictus, obliquam auferre; quod idem ac *togliere*: priores, o, clauſo, poſteriores aperto proferuntur: quod ſi quis ſecùs protulerit ambiguitatem pariet. Hanc ipſam ſoni diverſitatem apud Græcos extitiſſe credendum in βόλος, *funda*. βῶλος *gleba*. χολὴ *fel*, χωλὴ *clauda &c.* Π. poſt μ, & ν, multis ſonat ut B v.g. τὸν Παῦλον *ton Baulon* πέμπω *pembo*; ſed recentioribus, ut mihi, negligitur. Σ ut habet Terentianus *Dentibus atque labris proximam ſedem tenet*. Hujus literæ ſonus inſuavis ſemper eſt habitus; cùm tamen è conſonantibus

nul-

Digitized by Google

nulla ſit crebrior. T vulgò poſt ν pronunciatur ut D τὸν τάνταλον *ton dandalon*: à quibuſdam tamen rejicitur. Φ. Craſſiùs & ſpumoſiùs pronunciandum quàm F Latinum. Jodocus ſic ſtatuit: *In ph ſtringuntur labia nondum rupto ſpiritu, ut: phama phagus*. Χ pronunciatur ut ch Gallicum, eodemque planè modo iis ſonare debet χίζα quo Etruſcis *ſcheggia*. Ψ cùm conſtet ex, pſ, admixtum ex illis literis habet ſonum. *O mega* quomodo pronunciandum ſit vidimus in o micro.

III. Terentianus quarundam literarum ſonum his verſibus complexus eſt:

Ajunt aliquas faucibus exilire ab imis
Γάμμα penitus Κάππα *ſonat* ξῖ *ſimul &* χῖ
Iſtam gravius vocis opus fingere linguam
Si ζῆτα *loquor* βῆτα *ve, vel hiſpidum* ῥῶ
Et σῖγμα *(quod iſtic parili de ſede vibratur)*
Dentes ſonitum fingere. δέλτα θῆτα, *tum* ταῦ
Itidem parili ſede ſequi νῦ *quoque, tum* πῖ.

De Pronunciatione linguæ Græcæ librum compoſuit Thomas Smith. Adolphus Mekerchius librum inſcriptum. *De veteri, & rectâ pronunciatione Linguæ Græcæ*. Jo: Rodulphus Wetzenius orationes *pro verâ, & genuinâ pronunciatione Linguæ Græcæ* edit Amſt. 1681. Habetur editionis Argentinæ *Theſaurus purè loquendi, & ſcribendi* anni 1594. Henricus Chriſtianus Henninius *de linguâ Græcâ non pronunciandâ ſecundùm accentus* &c. Et ſanè

G mi-

Digitized by Google

mirum eſt quotnam jurgia oborta ſint inter Cl. etiam Viros: quot diverſæ in pronunciando ſententiæ, quot Apologiæ, quot vindiciæ in lucem prodierint. Anno Chriſti 1542. graviſſima excitata eſt controuerſia in Angliâ de diverſo pronunciationis genere Græcæ linguę inter eruditiſſimos Jo: Checũ Eraſmi pronunciationem tutantem, & Stephanum Vintonienſem Epiſcopum, Academiæ Cantabrigenſis Cancellarium, qui edicto propoſito, dira minatus eſt illis, qui à vulgari pronunciandi ratione deflecterent; proſcriptiones, & exilia præceptoribus, diſcipulis ferulam, & verbera. Edictum Londini publicatum 18. Cal. Junii.

De Italicæ Linguæ origine, ac pronunciatione.

CAPUT X.

I. LATINAE linguæ ex interitu Itala, & Gallica ortum agnoſcunt, ut omnibus notum, quibus nunc Europa fere univerſa tanquam propriis ſibique maternis uti ſolet; Quia vero materna lineamenta ſecutæ literarum ſcilicet ductus, & prolationem majori propemodum ex parte retinere conatæ ſunt; ideo de ijs nullum habere ſermonem fueramus meditati. Verùm à propoſito recedere

dere opus inde fuit, tùm amicorum hortatu, qui de his aliquid deſiderare videbantur; tum maturiori diſcuſſione, quâ comperimus dari in his aliquid ſpeciale in pronunciatione; & in Italicâ potiſſimum, ac peculiarem difficultatis nodum, quem hucusque nondum penitus alii extricarunt; cùm alioqui ab eruditiſſimo Viro Abbate Jo: Maria Creſcimbeni, in Commentariis ſuæ Hiſtoriæ de Italicâ Poëſi, quas Romæ typis commiſit 1707 de Antiquorum Orthographiâ luculenter ſatis tractatum ſit vol. 1. l. 6. c. 15. quapropter quę ſcitu magis digna attingere hîc optimum judicavimus.

II. Ut itaque de Linguâ iſtâ primùm ſermonem inſtituamus, Danthes Aligieri Florentinus in Opere inſcripto *De Vulgari eloquentiâ*, de eâ primus tractatum habuit: ſed (ut in ejus vitâ notat Joannes Boccaccius) cùm animus illi fuerit, illud quatuor libris perficere; duo tantùm primi inveniuntur; in quorum primo, ubi tunc eſſet melior in Italiâ locutio, doctiſſimè perveſtigat; & poſtquam nullibi dari perfectum idioma probaverit; oſtendit linguam dari per univerſam Italiam, quam Illuſtrem, Cardinalem, Aulicamque appellat; eamque apud præclaros, ac eruditos verſari: inter quos doctiſſimus Cenſor recenſet Guidum Lapum Florentinum, Cinum Piſtorienſem, Thomam, &

Ugolinum Bucciola Faventinos, Brandinum Paduanum, Guidum Guinicelli, Guidum Ghislerum, Fabritium, & Honeſtum Bononienſes.

III. Laudati omnes Poëtæ fuere; quare mirum non eſt, ſi talem locutionem nullibi dixerit reperiri; ubi enim & nunc in vulgo regnat talis elocutio? Quis in ſcribendo, quamvis in Etruriæ meditullio natus, à familiari ſermone, & quoad voces, & quoad conſtructionem aliquantulum non recedat? Poſtulat hoc vel Epiſtola familiaris, quæ ſuum pariter habere debet nitorem, ac modeſtum ornatum, quem qui affectaret in familiari ſermone ſuperbum ſaperet, ac ridiculum. Alius eſt ergo ſermo vulgaris, quo familiariter utimur; alius, quo ſcribimus; & iſte in totâ Italiâ apud eruditos verſatur, qui laude linguæ florere volunt: ut inter recentes apertiſſimè apparet, in Cardinali Pallavicino Parmenſi, in Daniele Bartoli Ferrarienſi, in Paulo Segneri ex Oppido Neptunni, aliisque ſexcentis, qui irrequieto ſtudio, in Accademiis celebrioribus, quas frequentant, hunc dicendi nitorem affectant, & pro viribus aſſequi conantur; adeo ut noſtrâ hac tempeſtate Natio quælibet ſuos jactare poſſit Scriptores purgatæ linguæ, quos etiam, ſi opus ſit, in exemplum adducant, utpotè qui concordi lege idipſum omnes, & ſapere, & docere

cere videantur. Contrà verò fit de vulgari ſermone, cujus tanta varietas eſt, ut ejuſdem Provinciæ Incolæ ſe ſe invicem multoties non intelligant; quod ſuo tempore accidiſſe Genebrardus obſervavit: ut refert Cardoſa Phil. liberæ l.6.q.83. *intra* ſcilicet *centum leucarum ſpatium, tot eſſe peculiares linguas, ac dialectos, ut ſint pene innumerabiles: & vel propter, accentum, vel propter mutationem aliquam literarum, additionem, vel detractionem mutuo ſe non poſſint intelligere.*

IV. Neque enim eſt, quod miremur, cùm apertiſſimam tantæ varietatis teneamus cauſam. Nam cùm nihil mutabilius, atque inconſtantiùs homine ſit, utpote qui non fabuloſam Prothei formam præſeferre quotidie videatur; hinc eſt quod, cum in ejus poteſtate poſita locutionis ſit forma; poſſit ab eo pro libito immutari, infirmari, deturpari. Prȩterea filii nonne ab ipſomet Patre degeneres, & ab avitis aut jſplendore, aut doctrinâ recedere in dies inſpiciuntur? Mores fœdiſſimos quot induerunt, cum à probitatis fonte originem recognoſcerent? quot nominis, gloriæve appetentes perperam labefactare conati ſunt, quȩ à majoribus prudenter, & maturè fuerant ſancita? Eo ferè pacto accidit Italæ linguæ, ut pro hominum placito diverſas, ac nunquam firmas adepta ſit vocum formas quoaduſque

Digitized by Google

viri doctiſſimi certas quaſdam præfinirent leges, ac regulas, quas omnes ſequi tenerentur, qui Itali, non Barbari vellent haberi. In hoc plurimùm inſudauit illuſtriſſimus Bembus, qui cùm tot, tantaſque animadverteret Scriptorum opiniones circa noſtrarum vocum pronunciationem, & ſcriptionem, utilitatis plurimùm ſe allaturum literariæ paleſtræ credidit, ſi pro virili parte tot varietates de medio tolleret certarum Regularum, ac præceptionum præſcriptione. Vix enim dici poſſet quot jam irrepſiſſent abuſus: nam primæ notæ Poëtæ nuſquam ſibi ſimiles in verborum ſcriptione deprehendebantur; quilibet ex ſententiâ novas literas novoſque effingebat characteres; ut conceptum ſibi ſonum exprimeret; totiſque enitebatur nervis, ut unumquemque in ſuum ſenſum induceret; ex quo altercationes, diſſidia, atque totalis ejuſmet linguæ corruptio. Et ut nonnulla proferantur in hujuſce veritatis argumentum;

V. Joannes Georgius Triſſinus, referente Minturno Etruſcæ Poëſeos lib. 4. autumans Italico Alphabeto multa deeſſe ad rectam pronunciationem, varios characteres ſuperaddere inſtiuit etiam à Græcis deſumptos, quibus omnibus ſuos imprimi libros curavit, ut legentibus videre eſt. Illius autem Alphabeti, hæc erat ſpecies, hic ordo.

ab

a b c d ● f g ch e gh k i l j m n o p q r ● s t ſ u z v ç x y th ph h . Mox M. Claudius Ptolomeus Senenſium Accademiæ inhærens opinioni, Triſini inventum comprobavit; aliquas tamen ex literis ab illo commentis rerejecit, & pro Græcarum literarum formis, latinas repoſuit diverſo charactere depictas. Nerius inde Dortellata typographus Tranſmontanis noſtræ linguæ genuinam prolationem cupiens indicare, ſingulis quibusque verbis ſuum accentum ſuperponere aggreſſus eſt, quibus etiam eorum aut longitudinem, aut brevitatem demonſtraret. Sed tot tantaque inventa quid firmitatis habuerint, dixerint viri eruditi. Fermè quippe in eâdem infantiâ ſenuerunt, nullusque melioribus ſeculis fuit, qui horum vel ſequeretur uſum, vel menti ſubſcriberet; imò potius in illos ſanioris judicii exarſere, & ſcriptis confutare non ſemel experti ſunt. Nihil enim ſine ratione, aut neceſſitate multiplicandum.

VI. Verũ quidem eſt, plures in ſono eſſe literas, quàm in ſcripto cujuslibet Idiomatis: ut diſertè probat omniſcius P. Jo: Chryſoſtomus à S. Paulo ad præſens Præpoſitus noſter Generalis meritiſſimus in ſuo Opere M.S. quod lucem expectat, *de Interpretatione Sermonum*. *Quippe*, ait, *A E I O V Y diversâ voce poſſunt proferri vel magis, vel minus ore aperto, labiis circumductis, vel diductis, linguâ, vel elatâ ad pa-*

latum, vel dentibus admotâ: & inde conſonantes variari poſſunt; ut tot videlicet poſſint variari literæ, quot modis, & poſitionibus poſſunt aptari organa vocis arbitrio humano: puta guttur, ſpiritus, & linguam, labia, dentes, palatum. Et hęc eſt genuina, & naturalis literarum origo: quare apud Polonos id per communes characteres explicant ut ſonos literarum reddant diverſos, numero ferè apud Sclavos quadraginta. Igitur ſi tot modis poſſint variari literæ, quot modis aptari queunt vocis organa, opus ne fuerit tot Alphabeta conſtruere, quibus hiatus omnes, & oris diductiones exprimantur? Sanè, prætérquam quod ſummi Studii res foret vix tamen ex voto demum eveniret. Melius ergo factum, limatius Alphabetum, & minus redundans præfinire, cui omnes communiter ſe conformarent: quod quàm ſapienter, & fructuosè factum ſit, docet experientia. Sit ergo Triſſino ſuum inventum, ſuumque Ptolomeo, ac Nerio; nos certè in præſentia ijs literis contenti erimus, quibus vulgò latini Scriptores utuntur.

VII. Quod ſi Adſpirationem H exploſam ferè ab Italâ linguâ videmus; indè, hoc factum communi omnium conſenſu; quòd ipſam velut inutilem aut ſupervacaneam adjudicaverint. In quibuſdã tamen dictionibus differentiæ, ac diſtinctionis ergo uſurpari non ceſſat, puta, *hanno* verbo, *hà, hò*, *&c.*

ut

ut dictum eſt p. 1. c. 6. n. 3. Prævaluit etiam uſus ut literæ U eſſet quoque diverſa forma apud nos, quando vocalis foret, aut conſona: quemadmodum etiam literæ I. juxta ritum laudabilem latinorum; imò in fine dictionum per duplex i cadentium, pro ijs ſolemus apponere i productum hoc pacto. j. Sed de his alibi. Amandarunt quoque ex Alphabeto Itali literas k, & y, quarum ſonus apprime haberi videbatur in I, & C. Scio tamen antiquioribus quandoque uſui fuiſſe, ut ex eorum MSS. eruitur, quibus interdum occurrit *perke*, *kiave &c.* Sed nec jis erat certa lex, imò potius variabilis uſus: quare nihil eſt quod eorum veſtigiis inſiſtamus; Sed potius receptæ conſuetudini. Recentiores enim veterum illam rubiginem abſterſerunt, cultiorem formam induxerunt, omniaque adeo expoliverunt; ut facili negotio ab omnibus Itala lingua percipi poſſit, omneſque alliciat, ac præ cæteris exteris quibuſque magis allubeſcat, atque comptior, ornatior, dilucidior, utiliorque appareat. Cum iis ergo ſentiat unuſquiſque: illorum praxi ſe conformet: eorum libros conſulat, perpendat, enucleet; ſi compendiariâ viâ metam votorum pertingere intendat.

VIII. Quia verò in hoc potiſſimùm ſolet verſari maxima difficultas eorum, qui Italicæ Linguæ ſtudium ſunt aggreſſi, imò

&

Digitized by Google

& eorum, qui in Italiâ ipsâ ſunt nati, ut noſcànt verba in quibus E, & O apertè, aut ſtrictè ſint pronuncianda; ideò breves hîc nos regulas apponere ſtatuimus; ut tanto onere ex parte ſtudioſos levemus: quas etiam meditatus eſt Bernardinus Ambrogi in ſuâ Clavi Etruſcæ pronunciationis Florentiæ editâ anno 1674. producturus inde, Deo dante, uberiorem Vocum Syllabum ad preces amicorum, quo ex ordine proprius cujuſque præſcribetur ſonus; quod hucuſque à nemine factum accepi.

IX. Prima igitur præceptio eſt. Utraque harum vocalium in antepenultimâ ſyllabâ, preſſis labiis pronunciandæ, ut: *rigettare*, *riſegare*, *replicare*: *portento*, *potente*, *contento*, *contemplare*. Excipe ab hac regulâ voces eas, quæ brevem habent penultiam, & ab Italis *ſdrucciole* vocantur, ut: *peſſimo*, *cronica*, *crotalo*. Derivata pariter ſtrictè pronuncianda quamuis ab apertis procedant, ut: *addeſtrato* à *deſtro*. Non tamen in compoſitis, dummodocomponens naturâ ſit aperta, vel talis ſit ob plurium nominum conjunctionem: qualis eſt *Luogotenente*: vel ob conjunctionem verbi cum aliquâ particulâ, ut: *Renderlo*, *Porgerne*: cùm verò ſtrictæ ſunt, tales remanent, ut: *ſcemolo*, *ſgombera*.

X. Cum in pronunciatione brevis eſt penultima ſyllaba, illius vocalis ſtrictè pronun-

nunciatur, ut: *Rendere*, *Mandorla*; atque id obſervare licet in dictionibus, quæ penultimam brevem habent, quæ quaſi pedem Dactylum formant, ut: *Correre*, *Spendere*, *Buſſola*, *Remora*: Sed de his infrà; cùm de qualibet literâ ſingillatim. Præterea cùm ultima vocalis accentu gravi pronunciatur, ut *riceverò verrò*, *ſcriverò*. Excipe tamen Interjectiones, aut Adſpirationes, ut *Hoimè*, *Horsù*, *Oidà Cioè*, quod fortaſſis evenit quia utplurimùm duabus ex vocibus apertis componuntur.

XI. Voces omnes à Verbo, aut Nomine naturâ ſtricto derivantes, quocumque tempore, aut caſu ſtrictè pronunciantur, aliquibus exceptis, de quibus infrà.

XII. Nomina, aut Verba naturaliter aperta, quolibet caſu, ac tempore apertam pariter pronunciationem retinent; dummodo Syllabarum non creſcat numerus. Si verò ſimplex nomen in compoſitum tranſeat, præponaturque augmentum, integras ſyllabas ſervans, atque ſignificationem, proportionaliter tamen; pronunciationem eandem retinebit, ut: *Rimorſo*, quæ vox componitur ex *Ri*, & *morſo*. Si verò poſtponatur, eadem vocalis ſtrictè pronuncianda, ut *Morſicatura*: à *Tempo*, *Temperatura*, *Temperino* &c. quæ verè derivata, aut conjugata ſunt, non compoſita.

Notandum inſuper quod Adverbia deriva-

rivata, terminata in ENTE retinent eandem pronunciationem ſui primitivi ; dummodo ex ipſo immediatè formentur, ut à *Forte:Fortemente*; Si verò mediatè O latum in ſtrictum tranſit ,ut: *Forzatamente,* quod Adverbium mediatè à nomine *Forza* , immediatè verò ab alio nomine ipſius derivato *Forzato*. Verba verò apertam pronunciationem retinebunt, dummodo ſerventur diſſyllaba , aut ſecundam habeant brevem ; quod erit in primâ,& ſecundâ perſonâ numeri ſingularis ; ſimiliter in tertiâ ſingulari, & plurali Indicativi, ac ſubjunctivi: in duabus Imperativi ſingularis , & in Infinito , ut: *Rendo , Rendi , Rende , Rendono , Renda , Rendano , Rendi tu, Renda quello , Rendere* . ita : *Leggo , Leggi , Legge, Leggono , Legga , Leggano, Leggi tu , Legga quello, Leggere* .

Præterea primâ perſonâ præſentis Indicativi ſingularis numeri, atque utriuſque numeri tertiâ primi præteriti in verbis , quæ penultimam vocalem apertam habent, & quibus Infiniti penultima brevis eſt: hæc autem ut plurimum deſinunt in ELSE,OLSE, ERSE, ESSE , OSSE , ut à *Svelgo , Volgo , Aſpergo , Mordo , Leggo , Muovo : ſvelſi , volſi , aſperſi , morſi , leſſi , moſſi : ſvelſe volſe , aſperſe , morſe , leſſe , morſe : ſuelſero , volſero , aſperſero , morſero , leſſero, moſſero : ſvellere, volgere , aſpergere , mordere , leggere , muovere* ; Sed *volſi, volſe volſero* (melius dicitur *volli , volle, vollero*) à ver-

à verbo *volo* Italis *voglio*; apertum habet; quamvis in infinito penultimam longam habeat, & O obtuſum, dicamuſque *volere*.

Non comprehenduntur hac regulâ preterita, quæ unicum habent S; hæc enim vocalem clauſam habent, quamvis in præſenti ſit aperta, & infinitum ſit breve, ut ab *intendo*, *rendo*, *inteſi*, *reſi*; *inteſe*, *reſe*, *inteſero*, *reſero*. Participia, & ſupina eandem legem ſequuntur, cùm incrementum non habent: unde *à lego*, *letto*, *a reggo*, *retto*, à *volgo*, *volto*, à *mordo*, *morſo* &c. Exceptis pariter ijs, qui terminantur in ESO, ut: *preſo*, *inteſo*, *vilipeſo*; *à prendere*, *intendere*, *vilipendere*. Nomina ex ſupinis derivantia, vel cum ipſis aliquam affinitatem habentia, in pronunciatione ipſa imitantur; quod extenditur, & ad conjugata, integris conditionibus nuper poſitis.

Apertum item eſt in ijs, quæ incrementum habent in ETTE, ETTERO, ORNO, ORONO, ut: *vedette*, *vedettero*, *ſtette ſtettero*: *uſorno* pro *uſarono*.

Inſuper E in Conjunctivi imperfecto primâ, & tertiâ ſingulari, ac tertiâ plurali, ut *potrei*, *potrebbe*, *potrebbero*, *direi*, *direbbe*, *direbbero*. In omnibus alijs temporibus cujuſcumque verbi clauſum pronunciabitur: unde *leggevo*, *leggerò*, *leggerà*; *potevo potrò*, *potrà*.

XIII. Quoties I erit ante E, & V ante O:

E &

E & O apertum erit, ut *impiego*, *ſpiego*; *preghiera*, *voglio*, *volta* latinè *fornix* : *volto* verò lat. *vultus*, clauſum habet: uti habent *intiero*, & *pietade*; quod intelligendum, etiam cùm alterutrum in voce eſſe poterit, licèt non apponatur, ut: *trovo*, quod etiam dicitur *truovo*; dicam tamen *nego*, & *niego*, *ſeguo*, & *ſieguo*; quæ ab uſu clauſum habent. Tertiam verò Conjunctivi plur. num. pro libito pronuncio *ſièno*, vel *ſieno*. Dicere etiam in prima *ſiemo*, in ſecunda *ſiete*, vel, *ſete* non approbo, ſed cum magno linguæ Magiſtro Buonmatthei, dico *ſiamo*, *ſiate*.

XIV. Cùm I mutatur in E, & V in O, ambo claudentur, ut; *divozione*, *devozione*; *rivocare*, *revocare*; *luſco*, *loſco*: *fuſſe*, *foſſe*: *rauco*, *roco*, utroque enim modo dici poteſt: Cùm verò hujuſmodi mutatio ſignificatum immutat, hæc regula non habet locum, ut: *Buſco* anxiè quærens obtineo, & *boſco* lucus: *buſſo* pulſo; *boſſo* buxus; & *boſſolo* pixis; *butta* projicit; *botta* percuſſio, vel per metaph. mordax dictum; *botte* verò dolium O clauſo.

Item quando in Verbi Indicativo I vel V, quod in Supino mutatur in E, vel O, clauſo ore proferuntur, ut; à *ſtringo*, *ſtretto*: à *conduco*, *condotto*: excipienda Supina Verbi *reprimo*, ejuſque conjugata: dicitur enim *repreſſo*, *depreſſo*, *oppreſſo*, *eſpreſſo* &c.

Voces

Voces ferè omnes, quæ à Latio procedunt, I, & V vertentes in E, ipſum E clauſum habent, ut: *Pix*, pece, *Piſcis* peſce: *Lumbus* lombo; *Plumbum* piombo; *Palumbus* palombo. *Litera* tamen Italis Lettera, *Lucta* lotta E, & O apertum habent.

Quotieſcumque O Italicæ vocis reſpondet AU latinæ dictionis, O apertum erit, ut: *laurus* alloro, *fraus* frode, quæ dicitur etiam fraude; nec alia forſan excipitur vox niſi *cauda*, quæ pronunciatur O clauſo, *coda*.

Quoties ad elegantiam, vel propter uſum utimur Sincope, vox illa eandem retinet penultimæ vocalis pronunciationem, ut: *ſoura* pro *ſopra*; *deo* pro *devo*; *dicea* pro *diceva* &c.

Omnes Articuli, Pronomina, Præpoſitiones, & Adverbia Localia, tam ſeorſim, quam conjunctim, ſtrictè pronunciantur. Seorſim, ut: *Lo*, *Eſſo*, *Quello*, *Medeſimo*, *Con*, *Sopra*, *Donde*, *Dove*. Conjunctim ut: *Meco*, *Seco*, *Teco*, *Perchè*, *Ancorchè* &c. Excipiuntur *Coſtei*, *Colei*, *Lei*, *Poi*, *Preſſo*, *Verſo*, *Eccetto*, quod idem eſt ac *Eccettuato*,

Quando Præpoſitiones dactylum formant, apertè pronunciandæ, ut: *Revoco* *Replico*, &c. Diſſyllabum quoque *Reſto*, *Soffro* &c.

Omnia Verba finita in EGGIO, qualia ſunt frequentativa, clauſa efferuntur, ut *vaneggio*, *ſpeſſeggio*, *veleggio*, *carteggio*, *co-*

ſteg-

ſteggio. Eandem habent pronunciationem *Chieggio*, e *Deggio*, pro *Chieggo*, & *devo*, peto, debeo. Verbum ſubſtantivum aperitur in *Tu ſei*, vel *ſe*, *quegli*, vel *quello è*; *Voi ſiete*, *quelli ſono*. Imperf. *Jo ero*, *Tu eri*, *quegli*, vel *quello era*: plur. *eramo*, *erate*, *erano*: in reliquis clauditur.

Monoſyllaba incrementum apertum habent, ut *ſtò ſtetti*; *dò detti*; *fò* autem clauſum habet *feci*.

His tamquam generalibus Præceptionibus prænotatis, ad obſervationem cujuſcumque literæ deveniendum. Sit igitur.

XV. E ſejunctim poſitum tunc pronunciatur apertum, cùm, aut verbum eſt, aut copula, aut particula interrogandi: Verbo apponitur accentus gravis *è*: clauſum verò pronomen eſt latino correſpondens, *Ipſe*, vel *Ipſi*, *Egli* vel *Eglino*, tunc autem apponitur apoſtrophe *e'*.

2. In fine vocis clauditur, ut: *me*, *te*, *ſe*, *dette*, *ſtette*: *dorè* verò, & *piè* prò *piede*: item *è* prò copula excipiuntur: ſimiliter Interjectiones, quæ terminantur in E, ut *Ohimè*, *Dhe*.

3. Ante A apertum eſt in nominibus, ut: *Amaltea*, *Dea*, *Moſchea*: in verbis autem clauſum, ut: *potea reggea* &c.

4. Ante B interdum apertum eſt, ut *Ebano*, *febbre*, *debbo* &c. à febbre verò derivata clauduntur, ut: *febretta*, *febbricitante* &c. Clauditur

ditur etiam *Lebbra*; & deſinentia in EBBIA, ut *Nebbia, trebbia* &c.

5. Ante C ijs aperitur, quæ non deſinunt in E, ut: *cieco, bieco, eco* &c. Quod ſi in E deſierint clauduntur, ut: *pece, fece, cece*, &c. Itidem clauduntur ſi duplex CC ſequatur, ut: *ſecco, zecca, breccia* &c. ſecus tamen fit in *ſpecchio, feccia, vecchio, pecco* in præſenti, *mecca, rebecca, ecco*.

6. Ante D clauſum eſt, ut: *cedro, credo, fede, editto, edera* &c. Apertum in *aſſedio, congedo, ſpiedo, procedo*, & ſimilibus compoſitis.

7. Ante F clauditur, ut; *refe, effemminare*, & derivata, *effettuare, effigiare* &c. Aperitur in *beffa, Gioſeffo*. In EFICE pari pacto clauſa ſunt; ut *Artefice Orefice*.

8. Ante G aperitur; ut; *egro, meglio, reggo, regolo*, & hujuſmodi alijs, de quibus fuſius in Indice. clauduntur in *regalo* n. v. *ſega, ſtrega, ſcheggio, ſaccheggio* &c.

9. E ante I aperitur in *Dei* n. v. *Caldei, ſei* n. & v. *colei, lei, mici, trofei* &c. clauditur in *bei* bibis, *fei* ideſt *feci*, & preterita *perdei, potei, rendei* &c.

10. Ante L aperitur, ut: *querela, gela, corruttela, loquela* &c. clauditur in *candela, vela, fede, melo, pelo, rivelo*; *ſelce, fedele, mela* malum &c. Ante duplicem L ſemper aperitur, ut: *Ancella, bella, cervello* &c. excipe *ſtella, capello, fella*, ideſt *la fece: felle, fello, le fece,*

Digitized by Google

lo fece , *ſelva* , & ex propriis nominibus nonnulla .

11. Ante M aperitur in *eſtremo* , *tremo* , *ſupremo* , *tempo* , *eſempio* , *tempio* &c. Clauditur in *ſcemo* immunitum , quod propriè de vaſe dicitur; per metaphoram verò de homine fatuo . *tema* n. *temo* v. *lembo* , *nembo* , *aſſembro* , quod melius *raſſembro* , *ſeme* , *maremma*, *andremo* , *auremo* , & ita omnes perſonæ plurales futuri , *femmina* , *ſcempio* l. clades *ſemola* &c.

12. Ante unam, vel duplicem N pariter clauditur , ut : *ſeno* , *ſenno* , prudentia , *ceno* cæno , *cenno* nutus . Excipias *lene* lenis , *bene* tum nomen , tum adverbium , *Ameno* , *ſolenne* , & omnia nominâ locorum , vt : *Atene* , *Firenze*, *Reno* , *Ippocrene* &c. Et propria rerum animatarum , ut : *Poliſena* , *Sileno* . Claudantur & terminantia in ENTO quibus M præceſſerit , ut : *Mento* , *Mente* , *Tormento* , *Dottamente* . Cætera , quæ vix ſub regulam cadere poſſunt , aperiantur , his demptis : *Bendo*, *Cencio* , *Mendo* defectum ſignificans . Itidem *ſcendo* , *ſenza* , *vendo* , *enfio* , *entro* ; & ex iis penultimam brevem habentibus : *Cenere*, *Domenica* , *pentola* , *vendico* .

13. Ante O , & P aperitur , ut : *Leone* , *Leopardo* : *Galileo* ; eximas *beo* bibo , non autem ſi ſignificet beatifico. Similiter ante P aperietur etiamſi duplex ſequatur , ut : *crepo* , *ſeppe*. exime *ceppo*,*pepe*,*diſcepolo*,*zeppo* cuncus plenus

14.

14. Ante R aperti ſoni eſt, velut *Ero*, *ſpero*; *erba*, *albergo*. Recedunt à regula *per*, *pero* nomen, non verbum: *vero* vel adverbium, vel nomen ſit: *cera*, *cerchio*, *erto*, *infermo*, *Fermo* etiamſi Civitatis ſit nomen: *verde*, *vero*, *ſcherzo*, *ſera*, *ſterpo*, *vergo*, *cicerchia*, *podere*, *cercine*, *cherico*, *erpico*, *Vergine*.

15. Ante S ubi verba exeant in ESCO, aut ESPO, E clauſum efferatur, velut *Eſca*, *Creſpo*; non autem in *eſco* exeo, *peſco*, *perſica*, *veſpa*. Quando SS duplex ſubſequatur aperitur, ut: *Appreſſo*, *Compreſſo*, *Teſſo*: exime hinc *ſpeſſo*, *leſſo*, & fęminina *Meſſa*, *Conteſſa*, *Badeſſa*: ſimiliter *promeſſo*, *feſſo*. Sin autem S unicum Sequatur, plurimùm exeunt ſtrictè prolata: his accenſentur *Meſe*, *offeſe*, *corteſe*, *Breſcia*, *Peſcia* urbium nomina, *beſtia*, *ceſto*, *creſta*, *deſio*, *meſto*, miſceo, *peſto*, *capeſtro*, *Maeſtro*, *deſino*, *Quareſima*, *treſpolo*, *Veſcovo*, *meſtola* &c. à quibus recedunt aperta: *eſito*, *Creſima*, & nomina numerum ſignificantia, *trenteſimo*, *centeſimo*, *milleſimo*; itidem *eſſere*, *peſſimo*, *neſpola*, *eſtaſi* & alia nonnulla.

16. Ante T ſimplex clauditur, ut *cheto*, *rete*, *canneto* &c. exceptis tamen *Atleta*, *Areta*, *Geta*, *feto*, *Poeta*, *Prete*, *Profeta*, ac ferè omnibus, quibus anteierit litera I, ut: *lieto*, *mieto*, *vieto* &c. *Creta* Inſula, non autem ubi argillam ſignificet: *meta* terminum denotans; in cæteris ſignificationibus E clauſum habet.

Digitized by Google

Si T alteri conſonæ fuerit adnexum, aperietur, ut: *impetra, etra, faretra &c.* exime *cetra*, & *vetro*. Si duplex T adhæſerit, claudetur, veluti: *corvetto, mette, netto, tetto, Architetto, libretto, Caſetta &c.* excipiuntur aperta *affetto, confetto, diletto*.

17. Ante V pluries aperitur, ex. g. *Devo, allevo, fievole &c.* clauduntur ſequentia, & his ſimilia; *neve, ſevo, ricevo, baſtevole, dicevole, Tevere*

18. Ante Z, claudi aſſolet, ut: *vezzo, accarezzo, attrezzo, mezzo* maturus, *corbezzolo, bezzico* &c. eximas *pezzo, prezzo, mezo* medius &c.

XVI. Vidimus quoad ejus fieri potuit, de literæ E prolatione; reſtat ut etiam de O ſermonem habeamus, ut omnis difficultas tollatur, ejuſque pariter genuinus ſonus innoteſcat.

1. O igitur, quotieſcumque in dictionis fine gravi accentu donetur, apertè enunciabitur, ut *dò, però, verrò* &c.

2. Ante A, ſi quando acciderit, claudi jubetur. Ante B aperitur, ut *gobbo, addobbo*: *Ottobre* eximitur.

3. Ante C aperitur *occhio, roco, poco*, demptis vocibus, quæ exeunt in OCE, velut *Croce, veloce*; Præterea *conocchia, ſirocchia, bocca, doccia, tocca, moccolo, rocca* colum ſignificans, non arcem.

4. An-

4. Ante D aperitur communiter, ut: *chiodo, frode, nodo* &c. excipiuntur *coda*, *rodo* verbum, *dodici*, *quattordici*. Ante E unicam vocem habemus *Noè* ubi clauditur.

5. Ante F aperitur, ut: *goſſo*, *ſcrofa* &c. demptis *ſoffio*, *ſoffro*.

6. Ante G ſi unicus interponatur in diſſyllabis clauditur, ut *sfogo*, *vogo*: demas *Toga*, & *rogo*, *proroga*, *arrogo*. Clauduntur pariter finita in OGNO, velut *ogni*, *ſogno*, *vergogna*: non autem *Progne*. Similiter *Affoga*, *Loglio*, *Moglie*, *orgoglio*, *logoro* claudenda erunt.

7. Ante I aperitur in ijs vocibus, quæ diſyllabæ fieri queunt, velut *gioja*, *annoja*, *noja*: ſecùs in his triſyllabis *auoltojo*, *raſojo*.

8. Ante L ſimplex, aut etiam duplex aperitur ut: *nolo*, *duolo*, *polo*, *colle*, *folle*, *vedrollo* &c. claudi tamen volunt, *conſolo*, *gola*, *ſole*, *ſolo*, *volo*, *bolla*, *midolla*, *pollo*, *rampollo*, *ſatollo*, *dolce*, *colpa*, *volto* vultus. *Volgo* vulgus, *coltrice*, *folgore*, *polvere* &c. Deſinentia in OLGO, OGLIO, habent O apertum, ut: *accoglio*, *accolgo*, *ſoglio* &c.

9. O Ante M clauditur; v. g. *come*, *nome*, *cocomero*, *gomito*, *pomice*, *romici*. Excipiuntur *Chioma*, *idioma*, *ſoma*, *Como* urbs &c.

10. Ante N clauditur, *ſono*, *monte*, *riſoluzione*, *nona* ſub: *hora Cononica*: ſic *brontolo*, *fondaco*, *gondolâ*, *rondine*. Aperiuntur *trono*, *zona*, *nonno*, *donna*, *nono* num.

11. O ante P apertè effertur, utì *Europa, troppo, intoppo* &c. hinc abeunt *ſopra* præpoſ. *groppo* nodus, *doppo, ſcopa, ſtoppa, ſtoppia, poppa*.

12. Ante R plurimum varietatis habere ſolet, & vix ſub certa lege claudi poterunt verba; tamen quia minora videntur, quæ clauſum ſonum requirant, quàm quæ apertum; ideo hæc adducere meliùs fuerit. Claudantur ergo *hora* hora, &c. *aurora, fiore, valore*, & alia ſimili pacto cadentia *infioro, adoro, auualoro, divoro, lavoro, migliore, onoro, coſtoro*. Item *orcio, orlo, ſorcio, ſorgo, torta, ordine, organo, torbido*, & his ſimilia. Aperiuntur verò *florido, iſtoria, memoria, porfido, gorgiu, morbido, corda* &c.

13. Ante S clauditnr, ut: *foſco, moſca, conoſco* &c. Secus in diſſyllabis OSO, & OSTO, ut *coſa, ſpoſo, toſto, poſta* ſubſt. in quibus aperitur, ut etiam in OSSO, & OSTRO finitis, ut: *poſſo, moſſo, inchioſtro, noſtro* &c. non autem in *moſtro* v. & n. *toſo, moſto, roſſo, toſſa* quæ clauſa ſunt. Apertum pariter O habent ſequentia: *angoſcia, boſco, coſcia, toſco*, toxicum; cùm verò pro Etruſco ponitur claudi ſolet. Item *oppoſito, prepoſito, ſpropoſito*, & ſic deſinentia, quæ ſi Syncopem patiantur O clauſum habebunt, ut *oppoſto, prepoſto*.

14. Ante T duplex, aut ſimplex aperitur. v.g. *dote, note, carote, grotte notte* &c. exci-

piun-

Digitized by Google

piuntur *Nipote*, *loto*, *otre*, *voto*, aut *boto* votum, *botte*, dolium *gotta*, *gbiotto*, *molto*, *ſotto*, *condotto*. *Otta* pro hora ſumptum aperitur.

15. Ante V aperitur; v. g. *Giove*, *piove*, &c. à quibus recedunt clauſâ *ove*, *altrove*, *covo*, *rovo*, *giovo*, *giovane*, *rovere*, *ricovero*.

16. O Ante Z frequentùs claudi videtur, licet voces indiſtinctum ſonum præſeferre, tunc temporis videantur, nihilominus dicas *mozzo*, *gozzo*, *bozzolare*, *sbozzare* &c. apertiorem tamen ſonum edunt *Bozza*, *carrozza*, *nozze*, *cozzo*, *ſtrozzo*, *tozzo*, *vitellozzo*, & id genus alia, de quibus fuſius in Indice, ne faſtidium legentibus faciamus.

Et hæc de Italicæ linguæ origine, literis, prolatione dicta ſufficiant; quæ ſi minus accurata eruditis videbuntur, noverint, mentèm noſtram extitiſſe, non longos tractatus de eâ contexere, ſed paucula quædam congerere, ac diſponere, quibus ad majora iter præcluderetur ſtudioſis; quod, & de Hiſpanâ, & Gallicâ linguâ mox faciemus; ut vel per ſe unuſquisque poſſit illas percipere, rationemque earum pronunciationis tenere.

Digitized by Google

De Hiſpanæ, & Gallicæ Linguæ pronunciatione.

CAPUT XI.

NEMO perfectè extranearum linguarum tenere rationem, me judice, poterit, qui illarum, aut literas, aut etiam diphthongos pronunciare apprime non noverit; quapropter in eo tota difficultas verſari ſolet; & licèt è propriâ Magiſtrorum voce faciliori negotio id aſſequatur; nihilominus, quia non ſemper, & ubique præceptor in promptu eſſe poteſt; aut ſi fuerit, non omnibus facultas erogandi pecuniam, ſine quâ nec labia moveret, ut plurimum ſuppetit; idcirco quò dilucidius, ac brevius, fieri potuit, ſubſequentes de Hiſpanâ, ac Gallicâ linguæ pronunciatione attexui, diſpoſuiíque Obſervationes, meliorum hac in Arte peritorum judicio comprobatas, quibus aditus omnibus eſſet, ſibi non longè à perfectione dicta Idiomata comparandi; è quibus ſanè ſe utilitatem non mediocrem relaturos eſſe credant, cùm ſummi viri de omni fere ſcientiâ, ac arte jiſdem linguis tractatus evulgaverint, libroſque in dies typis committere non deſiſtant; ubi quæcumque melioris ſtyli, atque eruditionis veſtigia dilucidè apparent;

Digitized by Google

rent; nec doctus vulgò eſſe arbitratur, qui illarum vel mediocrem ſaltem peritiam non habuerit. Ne ergo ab hoc tam communi ornamento Juniores præſertim retrahere videar; quæ ſequuntur de Hiſpanicâ linguâ perpendenda, atque praxi mandanda propono, mox daturus quæ ad Gallicam ſpectare videbuntur.

II. Litera G præpoſita vocalibus E, & I debet pronunciari, ac ſi eſſet Z, leniter expreſſum v. g. ſcribitur, *Cecilia*, & pronunciatur *Zezilia*.

2. Si verò dicta litera C præponatur aliis tribus vocalibus A, O, U, debet pronunciari modo Italico. v. g. *carne, cortes, curial*.

3. Si autem ſub littera C ponatur hoc ſignum ç cuicumque vocali præpoſita pronunciatur ſemper, ut Z leviter expreſſum: ſcribitur itaque *ça çe çi ço çu*, & pronunciatur *za ze zi zo zu*.

4. Litera G, ſi jiſdem vocalibus E, & I præponatur, debet pronunciari, ac ſi eſſet adſpiratio fortiter expreſſa: v. g. ſcribitur *Mageſtad*, *Magia*, & pronunciatur *Maheſtad*, *Mahia*. *Angel*, *Anhel*.

5. Si verò dicta litera G præponatur alijs tribus vocalibus A, O, U, pronunciatur modo Italico, v. g. *galan*, *gordo*, *guſto*.

6. Hiſpani habent literam, quæ vocatur Iota, quæ ſcribitur hoc modo j, & pronunciatur,

ciatur, ac ſi eſſet adſpiratio fortiter expreſſa v. g. ſcribitur *dejo*, & pronunciatur *deho*.

7. Hac literâ Jota utuntur Hiſpani loco literæ G, & è contra: v. g. tam bene ſcribitur *Mageſtad*, quàm *Majeſtad*: hoc tamen ſolùm verificatur, quando litera G eſt præpoſita vocalibus E, & I; quia tunc pronunciati debet, ut diximus in regula 4. ac ſi eſſet adſpiratio; nam quando litera G eſt præpoſita alijs tribus vocalibus A, O, U, non poteſt poni loco ipſius litera *Jota*, cùm debeat litera G pronunciari ut ſonat, uti diximus in Regulâ 5.

8. Aliquando Hiſpani ad libitum utuntur literâ X, & literæ Jota, & è contrà: v. g. ſcribunt *dexo*, & *dejo*.

9. Litera N cuicumque vocali præpoſita, ſi ſupra ſe habeat accentum circumflexum, aut etiam lineolam in directum productam, & jacentem, pronunciatur, ac ſi eſſet G, & N. v. g. ſcribitur *Senor*, *Carpeña*, & pronunciatur *Segnor*, *Carpegna*.

10. Duæ litteræ LL cuicumque vocali præpoſitæ pronunciari debent, velut ſi eſſent G L, & I cum literâ vocali, quæ ſequitur. v. g. ſcribunt *bella*, & pronunciatur *beglia*.

11. Literæ C & H præpoſitæ vocalibus quibuſcumque, pronunciantur, ac ſi eſſent duæ literæ CC, & I cum vocali, quæ ſequitur: v. g. ſcribitur *Muchacho*, & pronuncia-

11. Li-

Digitized by Google

12 Literæ Q, & U præpoſitæ vocalibus E, & I, pronunciantur, ac ſi eſſent C, & H: v.g. ſcribitur *que, qui*, & pronunciatur *che, chi*.

13. Si verò dictæ literæ Q, & U præponantur vocali A, pronunciatur modo Italico v. g. *Quando*; nam in Hiſpano idiomate dictæ literæ Q, & U præpoſitæ vocalibus O, & U nunquam inveniuntur.

14. Litera Z, in cujus pronunciatione facilè cognoſcitur qui non eſt Hiſpanus, etſi Hiſpanicè loquatur; ut benè, & Hiſpanicè pronuncietur, debet pronunciari leviter, & propriè, ut quid medium inter S, & Z, ut *Zaino*, quæ eſt vox Italica: & Neapolitani dictam literam Z more Hiſpanico pronunciant, quando vocant *Lucretiam* dicendo diminutivè *Zeza*.

15. Pro dictione copulativa *Et* Hiſpani utuntur Epſilon, ſine punctis. v. g. *Pedro y Pablo*.

16. Litera V potiſsimùm in principio dictionis fortiter, ac preſsis quodamodo labiis enunciatur.

17. Si in fine dictionis ſint vocales I, & O, corripitur in pronunciatione litera I, & producitur litera O v. g. *Diòs*.

18. Literæ G. & U, ſi præponantur vocalibus E, & I, pronunciantur, ac ſi eſſent G, & H. v. g. *guerra, guinda*, & pronunciatur *gherra, ghinda*.

19.

Digitized by Google

19. Si verò dictæ literæ G, & U præponantur vocali A, pronunciantur modo Italico: v. g *guardia*; nam dictæ literę non inveniuntur in hiſpanicâ ſcriptura (ut diximus de Q, & U) præpoſitæ aliis duabus vocalibus O, & U.

20. Nota prædictam Regulam de dictis literis G, & U, præpoſitis E, & I eſſe infallibilem, nam licèt in Hiſpanico idiomate voces inveniantur hoc pacto notatæ *guevo, gueſped, guerta, gueſſo,* in quibus apparet regulam locum non habere; contra tamen eſt; nam ſimiles voces non per G, ſed cum Adſpiratione H, & pronunciari, & ſcribi debent; quod meliores faciunt, ut videre eſt. Et de Hiſpanicis Obſervationibus ſatis, quas exceptionibus parum obnoxias ſciatis.

III. Ad Gallicam venio, difficilioris ſanè, & ſcriptionis, & pronunciationis; ut monuimus Parte I. Cap. I. num. 2. utpote, quæ decurtationibus, & dipthongorum, & literarum ſæpiſſimè utatur, nec calamo lingua omni ex parte reſpondeat: Tamen nihil ſalebroſum adeo, atque inacceſſum his temporibus haberi poteſt, quod Scriptorum accurata diligentia non adæquet; nihil adeo confuſum, quod ad certas leges non revocet; nihil tam obſcurum, in quod claritatis lumen non inducat; adeoque in præſens faciliori certe methodo donata eſt hæc ipſa; atque

que

que adeo, ut & mulieres ipſæ ſibi comparare facilè poſſint, vel tenui præceptorum operâ. Quare nihil eſt quod animo cadant ſtudioſi, ſeque ab hujus tam celebris facultatis adeptione avocent, quòd audiant, & apud Auctores quandoque legant; In Gallicâ Linguâ ſcriptionem à prolatione differre. Verum quidem eſt: ſed ubi rata præcepta tenuerimus, quomodo id perfici queat, ſtatim difficultatum omnium umbræ evaneſcent; atque majorem inde ex Linguâ voluptatem capiemus, quo faſtidioſiori ſtomacho aggreſſi fueramus. Præcepta ergo in meliorem formam redacta, & dilucidiori explicatione donata quàm unquam antea prodierint, erunt hujuſmodi.

IV. Quia verò in Dipthongorum, & triphthongorum pronunciatione potior difficultatis ſpecies verſatur; ideo primo de his ſermonem inſtituemus, dicturi inde de literis ſonum variantibus.

1. AI, vel AY facit E apertum, ut: *Aire Er* aër; *clair cler* clarus; *fay ſe* facio; *palais palè* palatium &c.

Excipe ſequentia, in quibus AI veluti ſeparatè pronunciatur; adeoque ſuper I duo puncta appingi ſolent, ut: *Païs, Païſan, Abbaïe,* & legitur *pe-is, pe-iſan, Abbe-ie*, regio, ruſticus, Abbatia. In his vocibus *maintenant*, nunc *ainſi*, profertur ut I: ideo dicas

min-

mintenant, inſi. AIN, & AIM efferunt ut IN aut apertius, ut: *craindre* timere, *faim* fames, *crindre, fim*.

2. AU, & EAU facit O, ut: *autre*, *otre* alius, aliud; *auray orè* habebo; *aumône, omône*, eleemoſina; *beau*, *bò* pulcher; *tableau, tablò* icon, *manteauò, mantò*, pallium.

3. EI facit E, ut: *Reine Rene* Regina; *peine pene* labor; *neige nege* nix, *pleine plene* plena; *veine vene* vena &c. Sed tria hæc poſſunt & ſcribi ſine I accentu acuto ſuper E v. g. *pléne, nége, véne*.

In his verbis tamen tamquam I ſonat *feis, feit*, facio, facit; *veimes, veites, veirent*; vidimus, vidiſtis, viderunt: legas *vimes*, *vites*, *virent*.

Duobus punctis obſignatum naturalem pronunciationem retinet *obeïr* obedire, *obeïſance* obedientia.

4. EU format vocalem diſtinctam ab E, & U, quæ ex vivâ Præceptoris voce facilius habebitur, & in quodam oris rictu conſiſtit, ut: *Peur*, pavor, *fleur* flos &c.

In Participiis verborum, Adverbiis, & nominibus verbalibus ſtrictè, & exiliter, ac ſi eſſet U, profertur. v. g. *beu, bu*, bibitus. *leu lu* lectus; *veu vu* perſpectus.

5. OU facit U, ut *ſou ſu* demens, *ſou ſu* ſolidus monetæ ſpecies; *poudre*, *pudre* pulvis; *foudre fudre* fulmen; *ſoury ſurì* mus; *loung lua* ge[illegible]us &c.

6.

6. OI vel OY ſæpiſſimè facit OE apertum, ut: *Roy, Roe*, rex; *loy loe* lex; *foy foe* fides.

In imperfectis verborum, infinitiuis, aliiſque nonnullis nominibus ſonat, ut E apertum. v. g. *j'avois j' ave* habebam; *j' étois j'étr*, eram; *paroitre, paretre* apparere; *conneitre connetre* cognoſcere; *croire crere* credere; *François Françe* Gallus. Ubi fuerit viri nomen, legas *Françoe*.

V. Tripthongorum ſonus immixtus propemodum eſt: & cum ex tribus vocalibus coaleſcant, unius, aut duplicis ſolùm auditur conſonantia. AOU unicâ ſyllaba effertur, ut OU, v.g. *Aout*, *Out* Auguſtus: *ſaouler*, ſatiare &c. IEU unicâ ſyllabâ enunciatur in his vocibus: *Dieu* Deus; *lieu* locus; *épieu*, veru. Separatim verò in his *pieux* pius; *ambitieux* ambitioſus; *ſeditieux* ſeditioſus. OEU effertur, ut EU. v.g. *oeuvre eure* opus; *boeuf beuf*; *coeur* tamen, veluti, *chier* cor. OEI velut EUI. v.g. *oeil*, *euglie* oculus; *oeillade eugliade* obtutus. Sed melius vivâ voce expreſſio ediſcetur. UEI ſonat ut EU. v. g. *accüeil, cerçueil, recüeil* velut *akeuglie*, *rekeuglie*, *ſerkeuglie*.

VI. EN, & EM in eâdem ſyllabâ ferè ſonant ut AN, & AM. v. g. *vendre vandre* vendere; *prendre, prandre*, accipere; *attendre attandre*, expectare &c. Verùm ſi poſt EN ſequi-

quitur NE, naturalem ſonum retinet, ut: *ennemy* inimicus; *Turenne, Renne, Vincennes* nomina propria.

2. Voces, aut ſyllabæ deſinentes in IEN pronunciationem non mutant, ſed correptim tantummodo efferuntur; ut, *bien* bene, *mien* meus, *tien* tuus.

3. AIL, EIL, faciunt AGL, EGL, IGL, ut: *Paille, paglie* palea; *evantail, epantagl* ventilabrum; *ſoleil ſolegl* ſol; *fille figlie* puella, *bil let bigliet* brevis epiſtola ad vicinum, ſchedula.

4. JA, JE, JO, JU, faciunt GIA, GE, GIO, GIU, ut; *jambe giambe* tibia; *jarrettiere Giarretiere*, ligula; *jetter getter* proiicere; *joly Gioly* pulcher; *juſte giuſte*, juſtus.

5. CHA, CHE, CHI, CHO, CHU, facit SCIA, SCE, SCI, SCIO, SCIU, ut; *chambre ſciambre*, cubiculum; *cheval ſceval* equus; *chicorée ſciocorée* cichorium; *choſe, ſcioſe*, res; *chute, ſciute*, lapſus.

Eximuntur *Archange, chaos, charactere, chable*, quæ etiam ſine H ſcribi poterunt.

6. QUA, QUE QUI, facit CA, CHE, CHI, ut *Quattre cattre* quatuor; *remarque, remarche*, obſervatio; *quitter chitter* deſerere; *Marquis, marchis*, Marchio.

7. CE, CI facit SE, SI v. g. *Ciceron, Sſeron*, Cicero: *civilité, ſivilité*, urbanitas; *ceriſce, ſeriſe*, ceraſum: *cela* pronunciatur *slé, id*.

8. C ſignatum virgulâ in inferiori parte

te ſic ç Hiſpanorum more, enunciatur, ut S durum, aut duplex SS. v.g. *leçon, leſſon*, lectio; *façon, faſſon*, factura, modus.

9. GUE, GUI, facit GHE, GHI; ut: *deguiſé, deghiſé*, perſonatus; *guerir, gherir* convaleſcere; *guide, ghide* ductor.

10. IN ſonat ferè ut EIN; *vin vein* vinum; *fin fein* finis; *Pince, Preinſe*, Princeps.

VII. His accedunt aliæ ad pronunciationem regulæ ſcitu ſatis dignæ, quas prætermittere turpe admodum eſſet.

1. Igitur Vocales omnes, exceptâ E, ſine accentu, in fine dictionis gravantur, ac ſi gravis ſpiritus iis foret impoſitus: v. g. *il gagna* ille vicit; *il à perdu* perdidit; *ſon mary* ejus maritus &c. legas *gagnà, perdù, marỳ*.

2. U ſimplex ſtricto ore pronunciatur, qualiter ſolent Mediolanenſes; aliæque Nationes Italiæ, & Germaniæ. Sonum è Magiſtro attendas.

3. E contra in fine dictionis, ſine accentu, eſt quaſi muta, ejuſque ſonus vix percipitur: ſic *mon pere, ma mere, mon frere* &c. ſonat *mon per, ma mer, mon frer* &c. Sin autem accentu donata ſit ſtrictè enunciatur: ut: *veritè, bontè, marchè* &c. veritas, bonitas, nundinæ. Idem fit cum duplicatur, ut: *épée*, enſis; *armée* exercitus &c.

4. X in fine ante vocalem, ut S leniter effertur. v.g. *dix ans, dix écus*: lege *dis an*; *dis*

écu. Secùs ſi ſequitur conſona.

5. T in fine non enunciatur ante conſonam, ſed ante vocalem . v. g. *ce ſoldat eſt brave* miles hic ſtrenuus. legas *ce ſoldat e brau* : *ce ſoldat ſouffre la mort* ; *ce ſoldà ſuffre la mor*. Particula ET, vel conſonæ præſit, aut vocali, ſemper pronunciatur, ut ſimplex E. ex. g. *& autres*, leges *e otre*, aliique.

6. B, & P in fine non pronunciantur: v.g. *plomb* plumbum, *coup* ictus : lege *plom*, *cu*. Similiter D. *crud*, *nud*; ſed ante vocalem veluti T pronunciatur.v.g. *quand il vous plaira*. quando lubebit : legas *cant i vu plerà*.

7. G quoque in fine dictionis non exprimitur v. g. *ſang*, *rang* ſanguis, ordo. Sed dicas *ſan*, *ran*. C ſolet negligi à recentioribus, ubi non ſit pronuncianda.

8. L in fine ſolet ferè pronunciari v. g. *bal*, chorea; *civil* urbanus, *mal* malum; *brutal* brutalis.

Excipias ſequentia *genüil* genu; *poüil* pediculus; *verroüil* peſſulus; quæ legi ſic amant *genu*, *pũ*, *verru*. Verùm nunc ſine L ſcribi etiam aſſolent.

L in articulo perſonali IL non pronunciatur ſequente conſonâ, bene tamen ſequente vocali : *il parle*, *i parle* loquitur : *il aime*, *il eme* amat; non tamen enunciatur ante vocalem, ubi ſit interrogatio v. g. *eſt-il au logis*? domi ne eſt? *lege et-i o logì*? nedum in

fine

fine *que dit il?* quid dicit? lege *que dit-i?*

ILS ante conſonantem facit I. ante vocalem IS. v. g. *ils parlent*, loquuntur; *ils ont*, habent, dicas *i parle, is ont*.

9. R ſemper pronunciatur in vocalibus terminatis in AR, OUR, EUR, UR. v. g. *nectar*, nectar: *par*, propter: *amour* amor; *fleur* flos: *mur* murus.

Non autem in infinitis in ER, aut IR terminatis v. g. *vous plait-il venir ſouper?* viſ-ne ad cænam venire? legito: *vú plet-i venì ſupè?* Idem dicas de nominibus à verbis derivationem habentibus.

10. S à cultrioribus hujus Linguæ ſcriptoribus in præſens ſolet negligi, quando non debet pronunciari, eius loco ſufficiunt accentum flexum, aut etiam acutum in vocali præcedenti: v. g. ſcribendum eſſet *meſme*, *noſtre*, *voſtre*, *parlaſmes*, *eſpine*, *puſt* &c. idem, noſter, veſter, locuti ſumus, ſpina, potuit. Et exarant hoc pacto: *même*, *nôtre*, *vôtre*, *parlámes*, *épine*, *pút*. Accentus verò ideo affigitur, ut ſtudioſi noſcant literam S deeſſe, addendamq́ue eſſe quando verborum ſimilium ſignificationem in Lexicis quæritare voluerint. Porrò nominum hujuſmodi, quibus S appingenda non eſt, ingentem ſeriem ordine alphabetico texuit vir eruditus Jacobus du Bois in ſuâ Gallicæ Linguæ Grammaticâ

 edi-

editionis Romanæ , quam conſulite . Nobis ſufficiat admonuiſſe, in fine non pronunciari ante conſonam , nec etiam in medio dictionis ; bene tamen ante vocalem : adeoque *vous pariez* dicito *vù parlè* : *vous auez* , *vus auè* . *deſtruire, reſpondre, maiſtre* , deſtruere , reſpondere, magiſter, lege : *détruire* , *répondre* , *mêtre* . Excipe tamen nomina deſinentia in ISME , & ISTE , in quibus S pronunciatur ; ſicuti etiam in nominibus incipientibus in ABS , AS, BIS , CAS , CONS , DIS, INS , OBS , POS, PROS, SUS, TRANS . Dicimus enim integre *abſtenir* abſtinere , *aſpirer* aſpirare , *biſcuit* bucellatum : *conſpirer* conjurare ; *diſputer* diſputare ; *inſtruir* inſtruere , *obſtacle* obſtaculum : *poſterité* poſteritas : *proſtituer* proſtituere : *ſuſpect* ſuſpectus : *tranſporter* transfero .

11. Tertiæ cujuſcumque temporis , aut modi plurales perſonæ communiter exeunt in ENT , quæ literæ non exprimuntur , & vix E paululum ſentitur : ut: *ils ſortent*, *i ſorte* exeunt : *ils mangent* , *i mange* &c. Quod ſi exeant in ONT , tunc O , & N profertur , & T ſupprimitur ſequente conſonâ ; pronunciatur & ipſa ſequente vocali , ut : *ils ont aimé* , *ils ont parlé* : lege : *is ont emé* , *is on parlé* , amaverunt , locuti ſunt .

12. Tandem, cùm duæ, vel tres conſonantes ſimul concurrent in diverſis dictionibus ,

qua-

quarum una, ſeu duæ in fine præcedentis, alia in ſequentis principio; literæ primam dictionem terminantes cadunt, neque pronunciantur. v. g. *il faudroit qu'il allat avec ſes compagnons au logis*; oporteret ut una cum ſociis domum peteret: legas: *I fodré ch'il alla avec ſe compagnon o logi*. *Les rares qualitez des autres Nations ſourpaſſent ces des Perſans.* Dicas: *le rare chalité des otre nation ſurpaſſe ce de Perſans.*

Et hæc ſunt quæ de Gallicæ linguæ pronunciatione ſcitu nobis digna viſa ſunt; quæ omnia qui noverit, ſe non parum emolumenti nactum eſſe ſciat velim; atque adeo ut librorum lectioni aliquatenus vacare poſſit, quam ſi ſubjecerit peritioris alicujus judicio, atque illius omnino ſe conformaverit correctioni, brevi temporis intervallo in theatrum erumpere poterit. Plura enim ſunt, quæ exercitatione faciliùs quàm lectione aſſequetur, quod omnibus ſcientiis commune eſt. Nos paucula iſthæc perſtrinximus, cùm alioqui abs re videri queant, hac tantum de causâ, ut eſſent Adoleſcentibus ſi non ornamenti, ſaltèm ad comparandas ſibi hujuſmodi facultates incitamenti. Neque enim nobis ſcopus Grammaticalia omnia præcepta tradendi, quod Grammaticorum opus fuiſſe ſcimus, & eſſe volumus; ſed recenſendi ea, quæ ad Orthographiam etiam minus directè facere poſſent.

Digitized by Google

De quarundam Literarum Latinarum in ſono proprietatibus.

CAPUT XII.

I. LATINIS literis varius ſonus eſt, prout diverſis junguntur vocalibus; ipſæque vocales ſibi invicem comparatæ modò majorem, modò minorem dicuntur habere ſoni magnitudinem. Sic A omnes alias longè ſuperat, cum aperto, vt diximus, ore proferatur: ideo qui grande aliquid volunt exprimere eam frequentant, utpote quæ verba dilatat, ſive diſſyllaba ſint, ſive polyſyllaba, ut: *arcana, adamârat &c.* O litera ampla quidem eſt, ſed anguſtior, & primâ obſcurior: quare in fine ſurdiùs auditur, ut: *ſto, pro &c.* magis tamen ſi duas conſonantes præceſſerit, ut: *mons, frons &c.* E habet minorem prædictis ſonum, majorem tamen quàm I & U. Parùm ſonat in ſyllabâ brevi, vocalior eſt in longâ, ut: *jactetur, exceſſit &c.* I exilis tenuiſque, ſive uni, ſive pluribus conjuncta ſit ſyllabis, ut: *tibi, niſi, imbibit &c.* quapropter veteres, ut plenior ſonus reſultaret, ſæpe cum O commutârunt, ut: *olli*, pro *illi &c.* U ſonum habet exiguum, & effluentem, nihilque arguta, & canora eſt, ſeu in unâ, ſeu in pluribus locetur ſyllabis, ut: *ſus, tumultus*. Viget paulu-

lum

Digitized by Google

lum vocalibus annexa, ut: *vinum, vulnus*. Perit in fine dictionum, atque poſt q, & s, ut *aqua, ſuetus*; tunc enim liqueſcit.

II. C *ſpirantiùs ſonat*, inquit Willichius, *ante a, & o, quàm ante e, & i; ut & in Cajus magis g auditur*. M in fine dictionum moleſtè ſtridet, & quendam quaſi mugitum promit; quare apud Græcos illâ nullum verbum terminatur; ſed ejus loco N jucundam, & in fine præcipuè, quaſi tinnientem ponunt, quæ apud Latinos rariſſima in clauſulis. Sic teſtatur Quintilianus l. 12. cap. 10. *Pleraq; nos illâ quaſi mugienti literâ claudimus M, quâ nullum Græcum verbum cadit*. Hinc Auſonius:

Vocibus in Graiis nunquâ ultima conſpicior M. De Q litera idem Fabius libro eodem hæc habet: *Duras enim & Q ſyllabas facit, quæ ad conjungendas demum ſubjectas ſibi vocales eſt utilis, aliàs ſupervacua, ut: Equos, & Equum ſcribimus, cùm ipſæ etiam hæ vocales duæ efficiant ſonum, qualis apud Græcos nullus eſt, ideoq; ſcribi eorum literis non poteſt*. X aſperæ concurſionis eſt, ut: ex *cujuſdam, ex filio &c.* quapropter ut mollior reddatur, abjicimus, dicentes *è nube, è filio, è ſocio*. Y, & Z nihil dulciùs ſpirat apud Græcos, teſte eodem. Attamen cùm jiſdem & nos utamur elementis dum Græcas voces in Latinum transferimus, nihilominus apud ipſos hilarior in eorum ſcripturâ protinus renidet oratio, ut in *Zephyris*,

Digitized by Google

quàm ſi noſtris ſcribamus literis; hoc eſt his, quæ loco ipſius Z apponere conſueverant, & cum ipſo I noſtro, ſurdum quendam, & barbarum efficiet ſonum. Verùm non longiùs hac in re progrediar; cùm hæc in literis perſcrutari Orthographi omnino non ſit, ſed Oratoris.

III. Italæ quoque aliquæ literæ obſervationem expoſcunt: habemus enim C clarum. ut *Celeſte*, mutum, ut *Canto*. Ch rotundum, ut *Cherubino*, Ch preſſum, ut *Chieſa*. E latum, ut *Erba*. E ſtrictum, ut *Eſercito*. G clarum, ut *Giro*. G mutum, ut *Governo*. Gh rotundum, ut *Ghigno*. Gh preſſum, ut *Ghiotto*. Gl rotundum, ut *Gladiatore*. Gl preſſum, ut *Gli amori*. I vocale, ut *Ingegno*. I conſonans, ut *Jacinto*. O latum, ut *Orca*. O ſtrictum, ut *Ordine*. S forte, ut *Sole*. S remiſſum, ut *Sbarra*. U vocale, ut *Umiltà*. V conſonans, ut *Vago*. Z forte, ut *Zazzera*. Z remiſſum, ut *Zizzania*.

De vitioſâ literarum pronunciatione.

CAPUT XIII.

I. VIDIMUS ſuperiùs rectæ pronunciationis rationem; nunc eſt ut quędam pronunciationis vitia detegamus. Sunt enim vel in ſingulis nationibus penè infinita, nihilque

que operoſius Magiſtris, ac Pædagogis in docendo eſſe deberet, quàm hujuſmodi in Pueris ſummâ cum induſtriâ corrigere; paulatimque ad rectos prolationis modos eorum linguam accomodare. Neque verò hîc nobis mens eſt ea recenſere omnia, quæ de Oratoriâ pronunciatione fusè quidem pertractare Rhetores ſolent; ſed tantùm ea attigiſſe ſufficiet, quæ præſenti Inſtituto videntur accommoda.

II. Primò quidem occurrit κοιλοϛομία, quam *cavi oris prolationem* latinè dixeris; cùm ſcilicet vox in ore quaſi in ſpecu obſcuratur, & veluti in receſſu auditur. Taliter Pauſaniam Cappadocem Herodis Attici diſcipulum, celebrem aliàs Grammaticum, pronunciâſſe, auctor eſt Philoſt. apud Volater. lib. 18. Anthrop. Aperta enim clara, ſuaviſque pronunciatio eſſe debet, ita ut proprio quæque litera ſono poſſit audiri. Quod in Quinto Catulo laudabile fuit, ſi credimus Cælio. Iσχνότης eſt literæ exilitas, quando ſcilicet elementa ſemicluſis propemodũ labris enunciamus, in quo timidos, potiſſimùm, & puellas peccare conſpicimus. Huic opponitur Platyaſmus, vocis pinguedo, quando ore nimiùm patulo pronunciamus: de quo Dores olim apud Græcos notati ſunt: apud Latinos verò præ cæteris Cotta, teſte Cælio lib. 13. cap. 1. communiter aliquantulum Franci . ſunt

Sunt & alia vitia , quæ potius ad Orationis ornatum, quàm ad rectam,de quâ hîc ſermo, pronunciationem ſpectant,ut: Labdaciſmus, quando L crebrò reperitur : Jotaciſmus , quando I : Metaciſmus quando M : Polyſigma quando S &c.

III. Sed quod propriùs rem noſtram attingit , notandum cum Ariſtotele ſect. 11. probl. 30. tria eſſe loquentiûm genera : Vel enim certam proferre nequeunt literam , & hi τραυλοὶ ſeu blæſi dicuntur . Sic dictus à Græcis Michaël Imperator , qui Leoni Armenio ſucceſſit , teſte Egnatio . Hoc vitium delicatioribus , & pinguioribus eſt . Ebriis itidem , qui ut mentis , ſic & linguæ compotes non ſunt . At blæſi vox plurimùm attribui ſolet iis, qui R literam exprimere nequeunt ; nam, ut de ſe cecinit ille

Cùm loquor una mihi peccatur litera, nam præ
Pæ dico ſemper , blæſaq; lingua mea eſt .

Nec eſt quod aliter crediderit Scaliger lib. de cauſ. L.L. Eraſmumque nobiſcum ſentientem reprehenderit : illi enim hac in parte minùs ſtandum puto , utpote tali vitio laboranti. Aliud eſt genus eorum, qui proferendo, aut literam , aut ſyllabam prætermittunt ; & hi ψελλοὶ Græcè dicti , nobis balbi . Cicero 3. Philipp. Marcum Fundum neſcio quem , cognominatum ſcribit *Bambalionem*, ab hæſitantiâ linguæ . Sed & Franciſcus Philelphus vir

certè

certè non poſtremæ literaturæ ac tum Græcè, tum Latinè perpolitus, Poggium Florentinum his ferè inſectatur: *Audio tamen eſſe*, inquit, *quoſdam hermaphroditas, qui & pueri ſint, & puellæ: eoſq; non ſolùm ita gigni naturæ ſolertiâ, ſed etiam arte hominum, idq; de Poggio Bambalione, ac de aliis nonnullis accepi*. Hujus verò appellationis ignominioſæ rationem profluxiſſe cenſet Cælius, *quoniam denſiorem mutarum in verbis concurſum deteſtantur Greci, propter eum, quem vocant ipſi pſelliſmum*. Tertium eorum genus eſt, qui ſyllabam ſyllabæ nequeunt conjungere, & ἰσχνοφώνοι à Græcis nũcupantur, Latinè hæſitantes dixeris; quod vitium ex imbecillitate eſt: neque enim intelligentiæ ſubminiſtrare lingua poteſt. Hoc vitio laboravit Battus quidam, à quo Cyrenas in Africâ conditas ferunt, quem adeo fuiſſe iſchnophonum tradunt, ut ab eo defluxerit verbum βατταρίζειν, quod inſigne pronunciandi ſignat impedimentum in jis, qui vocis vix ſint compotes. Cherophon quoque Socratis familiaris præpeditæ fuit linguæ. Poſtremò qui extremas ſyllabas deglutiunt, decurtant, aut mutilant κολοβώται dicti, quòd ex animæ anguſtiis procedere credidit Cicero. Addunt Caſaubonus, & Adrianus Turnebus lib. 28. cap. 26. genus eorum, qui de nare loquuntur, quibus ſpiritus, qui per nares exit, non liberè fluit ob anguſtiam tramitis. Unde Perſius Sat. 1. v. 33.

quen-

quendam verſus putidè effutientem reprehendit, quòd ſit

Rancidulum quiddam balbâ de nare locutus .

IV. Notatur itidem quælibet Regio domeſtico, ac familiari pronunciationis vitio : Nam Germanis C ante *e* , *i* , *y* , *æ* , & *œ* diverſi omnino ſoni eſt ac ante *a* , *o* , *u* . nam ſonat quaſi S , ut : *cella* ſonat *ſella* , *cilicem* , *ſilicem* ; *Cyrus*, *Syrus* &c. V conſonum efferunt ut F, uti obſervat Ægydius Schudus in deſcriptione Rhætiæ c.36. exempliſque aliquibus probat Stephanus Baluzius in notis ad Agobardi librum de Judaicis ſuperſtitionibus ; adeo ut *Valradus* , & *Vulda* proferatur , ut *Falradus*, & *Fulda* : Talis pronunciationis ratio apud Cardoſam eſt Philoſoph.liberę lib.6.quęſt.82. de locutione, ubi advertit, Thraces , Germanos, ac Septentrionales omnes, cùm ſint fortes , & audaces : calore interno ſuperante, validam excitare reſpirationem : hanc validam efficere ſufflationem , & vehementem vocem effundere. Similiter B proferunt ut P . Vaſcones ut V , & V , ut B . Et ſanè admodum antiquus repertus hic uſus ; cùm in vetuſtis lapidibus,ac libris eodem modo exaretur *acerbus*, ac *acervus* ; *beneficium* ac *veneficium* teſte Voſſio . *Bixit* pro *vixit* paſſim frequentatum video in Inſcriptionibus Sepulchralibus, quæ in Subterraneis Romæ leguntur . Sic in Cæmeterio B. Agnetis , ut habet

Jo:

Digitized by Google

Jo: Severanus tom. 2. lib. 4. cap. 25. hæc legitur. *Aurelio Æmilio qui bixit ann. 64. Sabinus Cognato B. M. in pace*. Notat quoque Jo: Angelus Zumaran in ſuâ Grammat. Germano-Hiſpanâ pag. 3. Vaſcones vix, aut ne vix quidem diſtinguere D à T. Hiſpani certè in fine vocis hoc faciunt, & T proferunt ut D, & M ut N. ut: *amat amad, Dominum Dominon*: eodem modo G, J, & X, eodem S initiale, & E S, ſimiliter B ut V conſonum: ſic *vivet* illis *bibet* ſonat; Verùm non tantùm pronunciant; ſed & ſcribunt Hiſpanici Scriptores. Sic Macarius Monàchus in vitâ S. Viti apud Martinezium in hiſt. Pinnatenſi lib. 1. *Venatui cerborum, deribatus &c*. Sic in veteri inſcriptione *abe* pro *ave*, in aliâ apud Scaligerum de emendat. temp. pag. 514. *die Beneris* pro *Veneris*: apud Ughellum tom. 3. Italiæ ſacræ pag. 674. *fabe* pro *fave* &c. apud Martinezium libr. 3. hiſt. Pinnat. cap. 27. *baccæ* pro *vaccæ* &c. Cum verò apud eoſdem Hiſpanos mos ſit j, quam vocant ſciota (præponuntque *a, o, u*,) proferre tanquam *ſcia ſcio ſciu*; hoc ipſum facere in Latinis dictionibus ab j conſonâ incipientibus, & ſci *juſtum* tamquam *ſciuſtum* ſonare, teſtatur Franciosinus in ſua Grammat. Italico Hiſpanâ edit. Genevenſis, & Henricus Doerganck in Inſtitutionibus in Linguam Hiſpanicam: verùm diverſè rem ſe habere aſſerunt hujuſce linguæ periti.

V.

Digitized by Google

V. Accolis Regni Neapolitani communiter D antecedente N convertitur itidem in N. & pro *mundo* proferunt *munno* , pro *quando* , *quanno* &c. Etruſcorum pleriſque M ante N ſonat ut N ; ut : *omnis, onnis* . P ante M ſuffocant , dicuntque pro *redemptus* , *redentus* &c. Ex Italis ſimiliter quidam C ante T deperdunt, ſive ut T pronunciant. v.g. pro *Sanctus, pictus* , *Santus, pittus* . Quidam P , ſi ſubſequatur T aut S , vertunt in T aut S . *Sic ineptus* , *ſcripſit* , redditur ut *inettus, ſcriſſit* ; & alii aliter peccant : quæ omnia vitia hîc recenſere longum eſſet. Quare Præceptorum erit, quod initio dicebam, hæc & ſimilia à pueris pro viribus extirpare , & ad rectum pronunciationis modum aſſueſcere . Sed & in hoc malum eſt, quòd, modò doceant eos loqui , nihili faciunt docere bene loqui ; ſunt enim fortaſſe ex jis , quos notat Salluſtius , in quibus *loquentiæ multum, ſapientiæ parum* . Neque enim à ſe ipſis valent ejuſmodi vitia tollere ; undè mirum haud quaquam eſt, ſi & in Diſcipulos inſtillent; & ſanè, ut inquit Fabius lib. 1. c. 11. *ea niſi primis eximuntur annis, inemendabili impoſterum pravitate durantur* . Obſequi igitur nobis eſt hac in parte Romanæ eloquentię Principi, qui 3. Orat. Inſt. optimam literarum pronunciationem tradens : *Nolo* , inquit , *exprimi literas putidiùs; nolo obſcurari negligentiùs ; nolo verba exiliter examinata exire* . Quod inde

&

& Quintil. lib. 1. Orat. Inſtit. cap. 11. admonuit dicens: *In primis vitia ſi qua ſunt oris emendet; ut expreſſa ſint verba; ut ſuis quæque literæ ſonis enuntientur. Quarundam enim exilitate, vel pinguitudine nimiâ laboramus: quaſdam velut acriores parum efficimus, & aliis non diſſimilibus, ſed quaſi hebetioribus permutamus.*

De Diphthongis Latinis, ac Græcis, earumque pronunciatione.

CAPUT XIV.

I. GRAECA VOX Δίφθογγος Latinè reddi poteſt *biſona* δὶς *bis* φθόγγος *ſonus*. Diphthongus enim reſultat ex comprehenſione duarum vocalium in unam ſyllabam. Apud Latinos autem, ut Ulrichi verbis utar:

Quatuor iſta modis fieri connexio ſueta eſt.
Aulę *erit exemplum* fœlix, *atque* eurus *in illâ*
Quinta ferè excoluit pacto diphthongus eodem.

Nempe AU, AE, OE, EU. Accedunt hæ minùs uſitatæ, EI, AI, OI, UI. Primam ex minùs frequentatis habemus in *pueri, hei, eia*, ac in iis nominibus, quorum nominativo genitivi ſunt ſimiles, aut quorum nominativi in duas conſonantes deſinunt. Exempla dat his verſibus Terentianus:

Sic oveis, plureis, omneis *ſcribimus pluraliter:*

Non

Non enim nunc addis E; *ſed permanet ſicut fuit.*
Lector & non ſingularem nominativum ſciet
Vel ſequentem, qui prioris ſæpe ſimilis æditur.

Secundam habemus in *Aiax, Maia,* &c. Antiqui genitivos, ac dativos primæ per hanc enunciabant; unde apud Lucretium, Virgilium, alioſque ſæpe legitur *aulai, pictai, equai, puerperai* &c. Nunc in locum I, ut docet Fabius lib.1.cap.7. E ponimus, & *aulæ pictæ* &c. dicimus. Tertium habemus in *hoi, quoi, Troia.* Hac perpetuò utebantur veteres, ut *proilium, poina,* nos *prælium, pæna* &c. Quartum eſt in *harpya, Orithyia* &c. quamquam hæc, & ſimilia ſcripta interdum y ſimplici reperies. Ejus uſus in Græcis ſolùm eſt. Voſſius his addit OU: veteres enim *loumen, nouncius* &c. dixerunt; ut in antiquis marmoribus cernimus; quam diphthongum nunc per U longum exaramus:

Porrò diphthongos Latini quatuor fixas habent: inquit Terentianus: cæteris namque ſi quando utuntur, hoc erit in vocibus à Græciâ acceptis.

II. Græci duodecim diphthongos recenſent, ſex proprias, ſex improprias.

Propriæ.	Impropriæ.
αι, αυ, ει, ευ, οι, ου:	ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ.

Notat Terentianus pro diphthongorum efformatione, quod

Ἄλφα, & E, & O priores, ἰῶτα diphthongos creat

AI

AI, & EI, & OI parentur ut duabus literis:
Sic & Υ ſequens eaſdem reddit AΥ, EΥ, & OΥ.
Iῶτα tantùm, & Υ videmus ſubditas vocalibus
His enim ſolis duabus quinque præponi ſolent

Harum diphthongorum exempla non ſubjicio, utpote paſſim obvia.

III. Venio ad Diphthongorum pronunciationem, quam quidem certam ſtatuere quàm difficile ſit, Grammaticorum omnium, aliorumque præſtantiſſimorum Virorum eſto judicum, qui hac in re per tot ſæcula allaborârunt, irrito tamē ſemper, ut apparet, conatu. Veteres enim aliter diphthongos enunciârunt atque nos hodie; quare redivivâ illorum voce opus eſſet, hancque ab emortuis voluminibus emendicare iſthmum perforare eſt. Ut tamen de eâ utcumque corruptâ aliquid dicam; Æ Latinorum ut E ſimpliciter proferimus, cùm deberet ſonus utriuſque vocalis permixtus exaudiri. At quàm prave hoc factum ſit, ex eo conſtat, quod Æ ſtat pro AI in quam ob affinitatem I, & E proceſſu temporis commutata eſt. Verùm hujus corruptelæ cauſam eò deducerem, quòd, cùm ex Æ diphthongo magis E noviſſima ſonaret, illud A inde cœptum exiliter pronunciari, paulatimque circa annum Chriſti 200. evanuit, atque E tantummodo remanſit; unde apud Spartianum in Peſcennio Nigro prior in *Egyptiaci* corripitur, & per ſimplex E ſcribitur.

IV. OE per E proferimus. Antiquitus naturam Gręcorum OI habuiſſe crediderim; nam quæcumque Græcè per OI, Latinè per OE redduntur. Hoc autem ipſum E in U craſſum degeneravit: hinc eſt quòd Servius in decimo Æneidum affirmet veteres *punio* pro *poenio* (quòd verbum à pœnâ venit) dixiſſe. Ante annum inde à Chriſto quadringenteſimum, ut Voſſius tenet, evanuit etiam illa pronunciatio, labentibuſque inſuper ſæculis, corruptè, ut uſus nunc obtinet, cœpit enunciari; unde Beda in libello, quem de Orthographiâ edidit, *Æquor* ea inter collocat quæ ab E ducunt initium, & *Comœdiam* per E ſimplex ſcribi jubet. Unde Verrepæus lib.5. Grammat. claſs.1. cap.6. *In Æ, & OE,* inquit *pronunciatio veterum nobis interiit; nec nobis quidquam relictum præter duarum vocalium ſcripturam; nam a, & o ſupprimuntur, & profertur e, ut: Cæſar, Croeſus*. Lipſius, qui multa hac de re producit, rectè ait pronunciari diphthongum OE à Gallis in his vocibus, *Cœur* pro Corde, *Vœu* pro voto, *Nœud* pro nodo; & à Belgis in hiſce: *Oelſaet* pauper; *Mœlen* molam. Nam rectè ſentiat eruditorum eſto judicium.

V. EI ſonat I. Voſſius I longo cognatam facit hanc diphthongũ; imò vult ipſam I non aliter quàm EI ſonuiſſe; unde cùm dicerent *is*, *itur*, & hujuſmodi, primùm *eis*, *eitur* integrè dixiſſe; ſed inde cũ *e*, & *i* nimiùm

coa-

coaluerit, cœperitque E quàm antea exilioris eſſe ſoni; poſtremo nullius fuiſſe. Idem ſentire videtur Priſcianus, ubi ait l. 1. *I quoque apud antiquos poſt E ponebatur, & EI diphthongum faciebat, quam pro omni I longâ ſcribebant more antiquo Græcorum*. Vide quæ diximus ſuprà c. 13. ubi de EI diphth. actũ eſt. AU cum antiquâ affiniorem habere prolationem colligerem ex eo, quòd illius geminus audiatur ſonus, contrà quàm factum in prædictis, qui, ut modo efferimus, non diphthongi dicendi ſunt; ſed monophthongi. Sunt qui credant hujus diphthongi ſonum olim ad O acceſſiſſe, eo adducti indicio, quòd ſæpe promiſcuè pro O, AU pronunciaverint, ut: *auſculari* pro oſculari, *aullas*, pro *ollas*. Galli planè pronunciationem AU tranſtulerunt in O apertum; ſic *autre*, alter; *aumône*, eleemoſyna *auberge* &c. proferunt ut *otre*, *omône*, *oberge* &c. EU quoque genuinam quodamodo retinere pronunciationem judico; nam & Græcis, à quibus eſt, ſono etiamnunc concordat; & geminæ, queis conſtat exaudiuntur vocales. Et hæc de Latinis Diphthongis.

VI. Reſtant Græcæ, in quibus haud minor corruptio, ac de quarum rectâ pronunciatione Grammatici certant, & adhuc ſub judice lis eſt. Sunt autem primò qui AI enuncient per E ſimplici vocali; quem morem celebriores in Italiâ Univerſitates, docti-

Digitized by Google

que in Græcâ facultate Viri continuò tutantur, ac ſervant. Contrà tamen adverſæ ſententiæ alii, etſi primis Scriptoribus, & auctoritatibus pro ſe ſtantibus ſecundi, caſtigaturi, ut aiunt, vitiatæ pronunciationis modum AI raptim pronunciandam dicunt, ut qui ejulat, ſubitoque dolore percuſſus eſt; ut etiam ſenſit Quintilianus, referente Angelo Caninio in Dialectis. Pari pacto de ει, οι, & υι impropriâ res eſt, quas omnes ut I pronunciandas primæ ſententiæ contendunt. Secùs alii, qui ει enunciandam volunt correpto ſono, ut *ejus*, *eja* &c. ſic etiam οι per οι, ut: *hoi* Hebræorum, *oime* Etruſcorum: υι ſonare dicunt ut vi in *cui*, ut docet Terentianus. Præterea in multis carminibus poëtarum quatuor ferè ſemper ſyllabarum eſt *Harpuïa*; quod non eſſet niſi ſeparatæ u ab i enunciarentur; ut in hoc Rutilii lib. 1. Itinerarii ſui:

Namque olim ſacri juſtiſſimus arbiter auri,
Circumſiſtentes reppulit Harpuïas.

In OY ſervari optimam diphthongi rationem ſi per U Latium reddatur intra palatum; & ore compreſſo, utrique conveniunt; nam talis ſonus inter ο, & υ mediare ſentitur, quod diphthongi proprium eſt: eodem ferè modo & Galli ſuam OY in *foudre, gouter,* &c. proferunt. Remanere quoque veterem pronunciationem in AY, & EY nemo non videt. Etſi tamen cùm ſequitur Κ, Ξ, Π, Φ, Χ videan-

deantur ut F ſonare: non tamen hoc perpetuum illis eſt; ut admonet Voſſius.

VII. Quod ad *ηυ*, *ωυ* impropriis ſpectat per *iu*, & *ou* eas reddunt primi: ſecundi verò, per *eu*, ſive *eeu*, & *ou*, ſive *oou*. Hoc diſcrimen reſultat ex varietate pronunciandi *ἦτα*. Tres impropriæ *ᾳ ῃ ῳ* non controvertuntur, cùm ſonum utriuſque ex vocalibus non debeant exprimere, ſed tantùm ſupraſcriptæ. At olim ſubſcriptæ quoque, licèt exiliùs, audiebantur. Verùm legitimam hodie pronunciationem revocare qui ſtudeat næ ille laterē lavet, prævalente rationi conſuetudine, *quæ cùm omnium rerum domina, tum maximè verborum eſt*, ut olim dicebat Sulpicius Apollinaris apud Gell. lib. 12. c. 13. Plura qui de Pronunciatione deſiderat adeat Lipſium de Pron. L. L. c. 11. ubi multa rimari conatur.

De quarundam Literarum, ac Diphthongorum cognatione, ſeu permutatitne.

CAPUT XV.

I. QUONIAM in Latinâ linguâ permultæ habentur dictiones, aut prolatu difficiles, aut auribus minùs bene ſonantes; ratio commutandi inter ſeſe literas introducta fuit; quo fieret, ut ex meliori illarum compagine, expeditiùs, dulciusque pronuncia-

Digitized by Google

rentur, & auribus meliori euphoniâ arriderent. Sunt enim literæ arbitræ compoſitionis; voluitque Cicero permagni haberi, utpotè à quibus totius orationis delectatio procederet. Hanc elementorum cognationem, quam alii affinitatem, ſeu unius literæ in aliam cognatam tranſitum dixere, hîc brevi pro inſtituto demonſtrabimus; neque enim literarum omnium originem perſequar; cùm hic aliorum extiterit labor.

A

II. A Breve mutatur in A productum, ut *faveo favi*, idque potiſſimum in præteritis diſſyllabis.

In E, præcipuè in compoſitione, *arceo, coërceo*; *halitus, anhelitus*; *ars, iners*; ab *ager, peregre*; à *lacto, oblecto* &c. Catoni quoque ſunt *recipiem*, & *attingem* pro *recipiam, attingam*. Unde Fabius in l. 1. c. 7. *Quid non Cato Cenſorinus* Dicam, & Faciam, Dicem, & Faciem *ſcripſit, eundemq; in cæteris, quæ ſimiliter cadunt modum tenuit? Quod & ex veteribus ejus libris manifeſtum eſt, & à Meſſalâ in libro de S literâ poſitum*.

In I *amicus, inimicus*; *ſapiens, inſipiens*; *cado, procido*; *facio, efficio &c.*

In O rarò; & in quibuſdam tantùm antiquis vocibus: illis enim erat *favia* quæ nunc *fovea*: Quidam autumant Fabiam gentem ſic à foveâ nuncupari, quòd Hercules Matrem ejus, unde genus hoc duxit exordia, ad fo-

veam

veam compreſſerit. Adamantius Martyr huic innixus argumento, *Favium* perpetuò non Fabium dicendum exiſtimavit.

In U *Salſus, inſulſus; calcat, inculcat; ſcalpo, inſculpo.*

B. mutatur in

C. in compoſitione, *occurro, ſuccino; cano, occino &c.*

F. quibuſdam in vocibus, nam pro *bubalus bufalus*; prò *ſibilare, ſifilare* apud Nonnium Marcellum legimus. Item in compoſitione *facio, ſufficio &c.*

G. *gero, ſuggero &c.*

M. *mitto, ſummitto, ſummoveo, ſummuto &c.* ſed hoc loquendi genus mihi nunquam placuit; meliùs enim auribus ſonare credo; integram præpoſitionem *ſub*, & *ſubmoveo, ſubmuto &c.* quàm *ſummoveo ſummuto &c.*

P. *pono, ſuppono: ſcribo, ſcripſi &c.* Cognationem quandam inter B, & P intercedere ex eo dignoſcitur, quod ſæpe ſecundum prò primo poſuerint veteres. Quapropter in Cajano lapide v. 24. lego *Apſtinere*, prope finem *opſervarique*; in Luciano verſu penultimo *opſequenti*: quibus in locis etſi Pichena, Ughellus, & Boldonus B. loco P ſubſtiteverint; minùs tamen feciſſe dicamus oportet; cùm hanc ipſam affinitatem Fabius lib. 1. c. 7. recognoverit, ubi aſſerit, Veteres B, ſono literæ P pronunciaſſe: *Ut cùm dico obtinuit*, ejus

ſunt verba, *ſecundam enim B literam ratio poſcit, aures magis audiunt P*. Hinc cùm plerique, quos inter Auguſtus; ut adnotavimus 1. Parte cap. 1. eo quo loquebantur modo ſcribendum putarent, P pro B pingebant, ubi hæc litera alterius ſono enunciabatur. In fragmento legis Agrariæ pag. 203. v. 40. legitur *Optinebit*, in Indice Gruteriano paſſim, & præcipuè cap. 16. lit. B. Hanc ipſam ob cauſam in dubium revocatum apud ſequioris ætatis Scriptores quarundam vocum ſcriptio; ut innuit Scaurus, ubi inquit: *Item non conſtat obſcurum utrùm per OB, an per OP debeat ſcribi; nec minus obſervo, obſideo; cùm in illis B litera evidenter ſonum ſuum vindicet: Legas potius P literâ*. Velius quoque Longus *Quoniam & accondit, & abſcondit durius ſonabat, intervenit P, litera, quæ exornaret auditum; de quâ ſcriptione quæritur, atrùm per P, an per B, & S deſcribi*. Verùm hæc eo dicta ſint, ut harum literarum monſtraretur affinitas: cæterum uſus nunc obtinet, ut non per P, ſed per B ſcribamus.

R. ut à *rapio, ſurripio, arripio*.

S, ut à *jubeo, juſſi; ſuſtuli &c*. Caſſiod. de Orth. *Eſt ubi B, quod vix credibile eſt, in S cogatur: ſuſpendere ſuſcitare*.

U. ut à *fero, aufero; fugio, aufugio &c*. ſic in mõ. vet. *averit* pro *aberit, viduũ* pro *biduum, vajolat* pro *bajulat*. In Pand. Florent. l. 28. *ſivi* pro *ſibi, videvatur* pro *videbatur, alveſcente cælo* pro *albe-*

cente

cente;vervis pro *verbis*:& in Piſanis Pandect. *Favia lex* pro *Fabia*. Hiſpanis, & Vaſconibus, quàm ſit familiaris harum literarum commutatio diximus ſuprà c.13. n.4.

C in

G. imò pro G, antequam à Spurio Carvilio reperietur, ſemper poſita, ut patet ex inſcriptionibus Columnæ roſtratæ à C.Duillio poſitæ, ubi legerc eſt: *leciones* pro *legiones*; *Maceſtratos* pro *Magiſtratus*, *pucnando* pro *pugnando* &c. *Cneus* itidem, & *Cajus* pro *Gneus*, & *Gajus* promiſcuè ſcriptnm eſt: Præterea Terentianus apprime huius literæ affinitatem oſtendit:

C tamen ſonabit illic quando Cneum enuntio
Aſperum, quia vox ſonore leviorem interpolat,
Vel priores G Latini nondum ab apice finxerant:
Cajus *prænomen, proinde C notatur, G ſonat.*
Sic amurca *quæ vetuſtè ſępe per C ſcribitur*
Eſſe per G proferenda crediderunt plurimi;
Quando ἀμοργὴ *Græca vox eſt* Γ *origo præferat.*

S. *parco, parſi &c.*
T. *iraſcor, iratus: paſcere, paſtor.*
V conſonum. *Cognoſco, cognovi, paſco, pavi.*
X. *Dico, dixi: noceo, noxius, noxa.*

D in

C. *Accidit, accivit, accuſo* pro *ad* & *cauſo*: *quicquid*; ſed hoc ultimum à multis improbatur, dulciùs enim ſonat D quàm C.
F. *Affatur, afficio &c.*

G.

G. *Aggero.*
L. *Allido.* Olim *ſedda* dicebatur pro *ſellâ* ut ſcribit Terent. Scaurus in Orthogr. *Dinguam* pro *linguam* ut lib. 1. teſtatur Marius Victorinus. Conſidium pro *Conſilium* ut habet Gratianus part. 1. Iuris Canon. diſtin. 15. *Conſilium dictum eſt quaſi conſidium, D in L literam tranſeunte.* Sic *Nouenſides, dautia, fidius*, pro *Nouenſiles, lautia, filius*. Inſuper *allabi, allicere, allidere, alloqui &c.* pro *adlabi, adlicere, adlidere, adloqui.*
P. *Appareo, apparo, appeto, applico, appono*, pro *adpareo, adparo, adpeto &c*
R. *Arrideo, arrepo, arrodo*, pro *adrideo &c. Medidiem* quoque veteres dixere pro *meridiem*: ut habetur ex Iſidor. l. 3. Orig. c. 41. Unde Cicero in Oratore: *Ipſum meridiem, cur non medidiem? credo quod erat inſuavius.* Priſcianus illuſtrem præbet locum hac de re lib. 1. cap. de lit. num. & permut. *Antiquiſſimi*, inquit, *pro* ad *frequentiſſimè* ar *ponebant, arvenas, arventores, arvocatos, arfines, arvolare arfari dicentes; pro advenas advocatos, adfines, advolare, adfari; undè oſtenditur rectè arceſſo dici ab arcio verbo, quod nunc accio dicimus, quod eſt ex* ad, *&* cio *compoſitum.* Sic Cato libb. de R.R. ca. 135. dixit *arvectum pro advectum*; & *arverſarius*, pro *adverſarius* in inſcriptione antiqua, quæ eſt apud Gruterum pag. 57.
S. *Aſſideo, aſſervo &c.* & in vetuſtis monumen-

mentis *adſideo*, *adſervo*. Multa quoque ſunt verba in *Deo*, & *Do* quorum ſupina deſinunt in *ſum*, ut: *ardeo*, *arſum*; *mordeo*, *morſum*: *cado*, *caſum*.

T. Ut enim inquit Fabius lib. 1. cap. 4. *T literæ cum D quædam cognatio eſt: quare minus mirum, ſi in vetuſtis operibus Urbis, & celebribus templis legantur* Alexanter, *et* Caſſantra. Et Feſtus: Apot. *antiquis erat, quod poſtea* apud. Hoc clariùs innoteſcit, quod Latini in compoſitione Verborum pro D, T reponunt, ut: *attingo*, *attero*, pro *adtingo*, *adtero*. Habemus etiam apud veteres, *it*, *quit*, *quot*, pro *id*, *quid*, *quod*. *Atriaticum* pro *Adriatico teſte* Plin. l. 3. 16. *ſet* pro *ſed*, *at*, *aput*, pro *ad*, *apud* Soſipatr. l. 1. Notandum quod D inter vocales interdum inſeritur ad hiatum vitandum. Ita ab *ago*, *amo*, *arguo*, *eo*, ſunt *prodigo*, *redamo*, *redarguo*, *redeo*. Sed rurſus hæc eliditur quoties dictio ab S incipit, *aſpicio*, *aſpiro*, niſi quis mallet veterum more dicere *adſpiro*. Ad vitandum hiatum *Antidhac* pro *Antehac* dixit Plaut. *Antideo* pro *Anteeo*. & Horat. *Omnem crede diem tibid illuxiſſe ſupremum*.

E in

A. *ſero*, *ſatum*. Sic eſt *decanus* à *decem*, *germanus* à *germen* &c. *Faciem* pro *faciam* apud Plaut. Aſin. 3. 3. v. 36.

I. *Apes*, *apis*, *lego*, *deligo*, *intelligo*, *colligo*, Magna namque cognatio eſt inter duas has lite-

literas, ut ſcribit etiam Fabius lib.1.c.4.& 8. *Propter cognationem, inquit E, & I literarum, non dubitaverunt antiqui* Heri, *&* Here *dicere*, & Mane, Mani. Sanè ut paucis multa compectar, ex hoc ipſo ratum habemus harum literarum affinitatem, quod veteres vocem NI pro NE perpetuò poſuerunt: ut monſtrat Eminentiſſimus de Noris, Diſert. 4. Cenotaph. Piſan. c. 5. cenſoris cujuſdam dicacis objecta diluens. Docet enim priori illa ætate NEI, ac NEIVE ſcriptum, diphthongoq; inde omiſsâ, paſſim eaſdem dictiones modò per E, modò per I ſcripſiſſe: ut apparet ex multis, quas profert, Inſcriptionibus, atque ex Servio in 3. Æn. ad verſ. 686. *Ni teneant curſum &c.* ſcribente: *Antiqui NI, pro NE ponebant, quâ particula plenus eſt Plautus.* Ex Priſciano itidem lib.5. dicente: *NI quoque pro NE accipitur, ſicut ſupradictus Virgilij verſus oſtendit. Ni teneant curſus, pro ne teneant; quod etiam Donatus in Comment. Ep. affirmat dicens. ni pro ne: Sic veteres.* In Gruteriano Theſauro p.328. 1. legitur *Ludos ſæcularis*, pro *ſæculares*. In tabulâ Ancyranâ: *Annum quintum, & decimum Agentis Conſulis deſignavit* pro *Agẽtes Conſules*. Extant quamplurima Auguſti Numiſmata cum epigraphe: *Ob civis ſervatos*. Virgilius Carpenſis innumeras terminationes in IS pro ES habet Accuſativorum tertiæ in plurari numero. Tabula ex ære Firmi in Pice-

Piceno habet *Mircurio* pro *Mercurio*. Et in alijs Inſcriptionibus *Ardiatina*, *Ariola*, *Cavias*, *Cinirarium*, *Exiat*, *Filicula*, *Oblaquiatio*, *Pontifix*, *Quirllla*, *ſic* & &c. pro *Ardeaſina*, *Areola* &c. Interdum tamen accidit, ut cognationem inter duo hæc elemẽta credamus, quando re verâ non eſt; non ſemel namque compertum antiquorum MSS. adeò breviſſimis obelis E ſignâſſe, ut inde imperitiores I rati, pro E ſemper repoſuerint. Contingit hoc in Capitulin. ut notat Caſaubon. quem *Opilium* ubique MSSc. vocant, cùm tamen *Opelius* dicendus ſit, ex conſenſu veter. numiſm. quos adducit Cl.V. Philippus Buonarroti Senator Flor. in Obſerv. Muſæi Carpinei p. 219.

O. Ut ex frequenti alterius in alteram commutatione arguitur, Caſſiodorus de Orthograph. *Voſtra olim ita per O, hodie per E, ut: advorſum, adverſum; pervorſum, perverſum; votare, vetare: vortex, vertex: amplocti, amplecti*. Hæc ille. Quintilianus l. 1. c. 7. *Vortices, & vorſus, cæteraque ad eundem modum Scipio Africanus per E literam ſecundam vertiſſe dicitur*. Sic *dermio* priùs fuit, teſte Voſſio, pro *dormio*, ut *olos*, *elus*; *homo*, *hemo*; *bonus*, *benus*; *Apollo*, *Apello*. &c. Idem docet Chariſius l. 2. *Non quia negem Voturios pro Veturios, & Vorſus, & Olli, & contra dictum eſt*. Et poſt. *Oſceatinis, & Marrucinis eſſe moris E literam relegare, O videlicet pro eâdem literâ claudentibus dictionem*. Et Priſcian. l. 1. totidem penè verbis.

U.

U. *Repetundarum* , *dividundum* . Id præcipuè ſit in verbis tertiæ Conjugationis . *Noctu* , *diu* pro *nocte* , & *die*, ut apud Plaut. Amph. II. v. 116. Ennium lib.7. Annal. & 10. Claudium Quadrigarium Annal. 3. Salluſt. Macrob. lib. 1. Saturn. c.4. &c. *Ex* præpoſitio plerumque integrè ſcribitur quoties eam vocalis excipit , ut : *exigit* ex uſu . Alia eſt ratio in monumentis , in quibus eſt *exſtat* pro *extat* , *exſilium* pro *exilium* , *exſtitit* pro *extitit* .

F

Habuiſſe olim affinitatem cum H aſpiratione ex eo liquet, quòd *Fedus* , *folus*, *foſtis* , *foſtia* ; pro *hedus* , *holus* , *hoſtis* , *hoſtia* ſcripſerint veteres . Sed fuit hæc imitatio Æolici digamma , quod ipſi aſpiratis vocibus præponunt : ut inferiùs, ubi de ſpiritibus, fuſiùs dicetur .

G in

C. frequentiſſimè apud veteres : undè *Cluma* pro *gluma* , *fricora* , *virculta* in Varrone annotantur . Similiter *Aucuſtalis* , *Incenuas*, *Cemina*, *Cartacinenſes* , *Arcentarius* in vet. Epig. pro *Auguſtalis* &c.

CT. in ſupinis verborum in GO cadentium, ut : *plango* , *planctus* ; *frango* , *fractus* ; *ago actus* &c.

N. ſequente G vel C. Hoc vero Latinis Græcorum more factum eſt; ut ex Varrone retulit Priſcianus l.1. his verbis: *Sequente G, vel C, pro N G ſcribunt Græci , & quidam etiam vetuſtiſſimi*

ſimi auctores Romanorum, euphoniæ causâ bene hoc facientes, ut: *Agchiſes, Agceps, aggulus, aggens*. Quod oſtendit Varro primo de Origine L.L. his verbis: *Aggulus, aggens, agguilla, iggerunt. In ejuſmodi Greci, & Actius noſter binâ G ſcribunt: alij N, & G, quod in hoc veritatem facile videre non eſt: ſimiliter* agceps, & agora. Aſt quomodocumque exaraverint antiqui, illud G adulterinum eſſe nemo non videt, & potiùs de Ny prolationem habet, quàm de Gamma. Quomodò verò, & hoc ipſum frequentatum ſit à Græcis apponendi Gamma, non eſt hujus loci diſſerere. Sanè Voſſius librariis attribuit conſuetudinem, qui non multis ab hinc ſæculis in minuſculis literarum formis, adhibuerint à γ non multùm diſcrepantem; cùm alioqui in codicibus vetuſtis frequenter habeatur ΑΝΚΡΑ, ΑΝΓΕΛΟΣ.

S. ut *à Spargo, aſperſi &c.*

X. *Rego, rexi; dirigo, direxi; diligo, dilexi &c.*

I mutatur in

A *Genus, generis, generare*.

E. *Leparenſes* pro *Liparenſes* legimus apud Feſtum: Sic Fabius hanc commutationem uſitatam Priſcis fuiſſe teſtatur his verbis l. 1. c. 7. ſibe, & quaſe *Scriptum in multorum libris eſt; ſed an hæc voluerint Auctores, neſcio. Titum Livium ita his uſum ex Pediano comperi, qui & ipſe ſequebatur. Hæc nos I literâ finimus*. Idem cap. 4 *Quid? non E quoque loco I fuit? ut Menerva, &*

Leber

Leber, *&* *Mageſter*, *&* *Diiove*, *&* *Veiiove* pro *Diiovi*, *Vejovi*? Habemus itidem in antiquis monumentis, *ſoledas* pro *ſolidas*; *dedet* pro *dedit*; *fuet* pro *fuit*; *condedit* pro *condidit*, *lapedi*, *flameni*, *meneſtrator*, *Pontefecum*, *reddidit*, *ſacreficium* pro *lapidi* *&c*. Feſtus: Me *pro* mi, *ſeu* mihi *dicebant antiqui*, *&* *Ameci per E literam efferebant*. *Dolea* pro *Dolia* habet Calend. vet. apud Grut. p. 139. Et Chariſ. l. 1. Inſt. Gram. p. 56. *Palleum*, *Scrinium*, *dolium*; *allium*, *ſolium*; *Sic enim dici debet, non ut alii diſerti dicunt, alleum per E*, *&* *doleum*, *&* *palleum*.

O. *Patris*, *patronus*. *Olli* pro *illi* ſæpe apud Maronem legas. Præterea olim dicebatur *die priſtini*, *die quarti*, *die quinti*, pro *die quarto*, *priſtino* *&c*. Sic docet Gellius l. 10. c. 24. his verbis: *Die priſtini quoque eodem modo dicebatur, quod ſignificabat die priſtino, ideſt priore, quod vulgò pridie dicitur, converſo compoſitionis ordine, quaſi priſtino die. Atque item ſimili figurâ die craſtini dicebatur, ideſt craſtino die*. Hoc modo locutum fuiſſe Auguſtum Cæſarem habemus; ſed non Auguſtus ſolùm, verùm plerumque omnis vetuſtas: citaturque verſus Pomponiani, qui eſt ex Attellanâ, quæ Metui adſcribitur:

Dies hic ſextus cùm nihil egi, die
Quarte moriar fame.

Cato inſuper in Originibus de Maharbale Hannibali ſuadente, ut Romam quampri-

mum

mum iretur. *Mitte mecum Romam equitatum, die quinti in Capitolio cœna cocta erit.*
U. ſæpius legimus, *lubens* pro *libens*, *carnufex* pro *carnifex*, *optumus*, *maxumus*, & id genus alia in antiquis ſcriptoribus. Ut enim ſcribit Velius Longus; *Adnotatum antiquum ſermonem plenioris ſoni fuiſſe; &, ut ait Cicero, ruſticanum; atque illis ferè placuiſſe per V talia ſcribere, & enunciare.* Et mox ſubdit: *Nos verò poſtquam exilitas ſermonis delectare cœpit, uſq; I caſtigavimus illam pinguedinem, non tamen ut planè I literam enunciaremus.* Porrò eópſe teſte, C. Cæſar per I, talia ſcribi maluit; ut apparet ex ipſius titulis; *inde* (verba ſunt Terentii Varronis) *propter auctoritatem tanti viri conſuetudinem factam.* Auguſtus contrà per U ſcribebat.

Hinc Quintil. lib. 1. c. 7. protulit: *Etiam optimus, maximus, ut mediam I literam, quæ veteribus V fuerat acciperent, primùm Cæſaris inſcriptione, traditur factum.* Verùm, ut notat laudatus Emin. Noris, in Duilii columnâ ante ducentos annos, quam Cæſar Conſul eſſet, inſcriptum legimus *Maximos Maciſtratos*; quare Cæſar haud primus hujus characteris in dictis vocibus auctori nequit videri. Fuit enim C. Cæſar Conſul deſignatus AC. U. 6711. de ſextilis, qui poſtea de ipſius Agnomine Auguſtus dictus, decimâ nonâ, Duilliana verò columna excitata. AC. U. 6493. ut ſentit

Sponius Itin. Græc. t. 2. pag. mihi 340. Dicendum tamen eſt, conſuerudinem illam ſcribendi U pro I à Cæſare ſublatam, ferreo Latinitatis ſæculo reſtitutam ; ut deduci poteſt ex Mario Victorino in cap. de Orthogr. pag. 2456. de Licinio Calvo Oratore ſcribente : *Idem optimus, maximus ſcripſit, non ut nos per V literam.* Hanc tamen ſui ævi Orthographiam Victorinum minus probâſſe, ex iis quæ inferius ſubdit verbis colligitur.

L in

D. Victorinus ; Cadamitatem, *veteres, & ſcribebant, & dicebant* pro calamitatem. *Communionem enim habuere literæ hæ apud antiquos,* ut Dinguam, & Linguam, Dacrimis, & lacrimis, Capitodium, & Capitolium, ſella à ſede ; olere *ab* odore. Idem habet Terent. Scaur. & Feſtus diverſis verbis.

R. Hinc *Janualius*, & *Januarius* indifferenter dixerunt veteres : atque Hymni, in Janum *Januales* nuncupati ; menſi vero nomen *Januarius* inditum eſt : Sic *mortualia*, pro *mortuaria*, *prælialis*, *latialis*, *cæluleus* ; poſt *præliaria*, *latiaris*, *cæruleus*. E contra *Lemures* apud Ovid. 5. Faſt. quæ prius per R proferebatur. Hinc Fabius Quintilianus lib. 1. c. 19. ſcribit. *Quippe ϱ literæ, qua Demoſthenes quoque laboravit, λ ſuccedit.* Viguit quoque hujus, permutationis mos apud Græ-

Græcos, à quibus dubio procul Latini accepere: unde quia ipſis παλίνια pro παρίλια, & iſti itidem dixere.

T. Argumento hoc tantum adducor affinitatem conſtituere inter L, & T, quod antiquò Achillis mater *Thelis* pro *Thetis* denominabatur; ut auctor eſt Varro l.3. de R. R. c. 9. *Nec continuò his, quas melicas appellant, falsò; quod antiqui* ut Thetin Thelin *dicebant, ſic* medicam melicam *vocabant*. Itaque Turnebus l. 23. Adv.c.26. apud Cic.1. de Divin. legendum putat; *Ea Thelis illi mater*.

X. *Mala, maxilla, palus paxillus, axilla ab alâ,* fugâ, vaſtioris literæ factum eſt: ut ſuprà c. 6. num. 21. ipſis Tullii verbis de perfecto Oratore retulimus.

M in

N quando ſequitur D, T, C, F, Q. *tam tandem: idem identidem; num, nuncubi: anfractus nunquis a*.

N in

G, ſicuti G convertitur in N. ſic *ignotus, cognatus, ignarus, ignavus*, ab *in* & *narus*, & *navus*, veluti Ciceroni placet.

L. *Vinum villum, colligo, colludo, collido, illimis, illaqueo &c.*

M quando ſequitur B, ut *imbutus*, *imbellis*, &c. item quando ſequitur M, ut *immitis*, *immunis* &c.

R. *Corrigo*, *irrito*, *corrodo*, *irrepo*, *irretio*, *irrigo*, *irrogo*, *irrumpo*, *irruo*, *&c.*

S. *Scindo*, *ſciſſus*. à *pando paſſus* dictum fuit, teſte Gellio lib. 15. c. 15. *Ab eo*, inquit, *quod eſt pando*, *paſſum veteres dixerunt*, *& cum præpoſitione expaſſum*, *non expanſum*. Citantur verſus Cæcilii Synariſtuſis ita ſcribentis:

Cùm verò proſpexiſſe eum ſe ex tegulis,
Hæc nuntiaſſe, & flammeum expaſſum domi.

Sed & Maro 1. Æn. *Crinibus Niades paſſis*, pro *expanſis*; *Freſſus* quoque eſt à *frendo*, quod eſt *frango*: quâ voce utitur Columella l. 2. c. 11.

U conſonantem. *Sino*, *ſivi*; *ſini* dixerint veterum more, ut Terent. in Andr. 1. 2. 17. nihilominus communiter prima terminatio accipitur, quam etiam apud ipſum Terentium legas in Adelphis 1. 2? v. 24.

Non ſivit egeſtas facere hoc nos.

O in

A. *Amo*, *amavi*, *paro*, *paravi*, *reſulto*, *avi &c.* & hæc potiſſimùm mutatio accidit in præteritis verborum primæ Conjugationis.

U. *Tremo*, *tremui*, *opilio*, *upilio* ut eſt apud Virgilium; quod Caper damnat. *Credulus* eſt à *credo*; *caducus* à *cado*, *adolabilis* olim: ut eſt apud Ennium, nunc *adulabilis*: *robigo*, undè Deus *Robigus* dictus, qui rubiginem à ſegete

auer-

averruncare credebatur; ut ſcribit Varro lib. 5. de L. L. Agellius lib. 5. c. 12. Et feſta *robigalia*, quæ celebrabantur ſexto Kal. Maij auctore Plinio l. 18. c. 29. nunc per U rubigo *rubigus*, *rubigalia* efferimus. Sic *ſordus* priùs, *moltus*, *jobilare*, nobis *ſurdus*, *multus*, *jubilare*. *Culchides*, & *pulicena* exolverunt. Cauſam aſſignâſſe credo hujus cognationis Priſcianum l. 1. ubi inquit: O *aliquot Italiæ Civitates, teſte Plinio, non habebant ſed loco ejus ponebant V, & maximè Vmbri, & Thuſci. Vetuſtiſſimi etiam* Huminem *pro* Hominem *proferebant*, funtes *pro* fontes, frundes *pro* frondes, fretu *pro* freto, Acherunte *pro* Acheronte, *quæ tamen à Junioribus repudiata ſunt, quaſi ruſtico more dicta*. Verrius Flaccus teſte ſerojo in Æn. 8. aſſerit quoque veteres in Adverbiis pro U, O, plerumque ponere conſuetos. In Æde S. Martini in Montibus habetur *Sacerdus* pro *Sacerdos*. In Agro Arelatenſi *Fruntoni* pro *Frontoni*. Ennio *frundes* pro *frondes*, *Rutundus*, *ſumnus* pro *rotundus*, *ſomnus* in Farneſiano Feſti fragmento.

P

Non facile in aliam convertitur, niſi alicubi in B. Sic præteritum verbi *carpo* facit *carbſi* juxta Terentium Scaurum, & obſiſto, opſtiti fecere veteres. Ita Pierius in veteribus codicibus *labſus* legi ait in 3. Georg. & *elabſus* in primo. Idque ex Probi præſcripto, qui

Digitized by Google

illabſus, *prolabſus*, *labſantem* per B ſcribere jubet. A *ſcribo* quoque *ſcribſi* eſt in optimo Vaticani codice ad illud Terentii Andr. 1. 1. v. 24.

Tute ipſe his rebus finem præſcribſti pater!

Antiquata ſunt *boblicola*, *byrrbus* pro *publicola*, *pyrrbus*. Eadem quoque litera aſcititia eſt, ut *demptum*, *ſumptus*, comptus à *demò ſumo*, *como &c.* Videatur Scaliger in Indice 19. ad Gruteri Inſciptiones.

Q in

C. Nec mirum eſſe videtur, cùm eadem ſit eſſentiâ litera; quare Q à multis de numero literarum, ut alibi attigimus, ſecluditur. Niſus Grammaticus, teſte Velio Longo lib de Orthogr. tam in nomine, quàm in verbo *coque* utrobique C ponendum cenſebat. Nonius quoque pro *querela* ſcripſit *cverela*, & *cuis* pro *quis*. Sic promiſcuè ſcriptum videmus ab antiquis, *cotidie*, & *quotidie*, aliiſque per multis, quæ habentur à Radulpho Fornerio lib. 1. rerum quotidianarum. Sic *torcular* à *torquendo*, *percutio* à *quatio*, *ſeculum* à *ſequor &c.*

R in

L. quemadmodum ſupra diximus, cùm de L: ut *pellucidus* à *per* & *lucidus*, *ſacellum* ex *ſacer*, *cancellus* ex *cancer*, *libellus* à *liber*, *pulchellus*, ex *pulcher*, *nigellus* à *niger &c.* Olim *merites*, poſtea *melites*, ac tandem *milites* dixerunt, teſte Voſſio in Etymolog in *Miles*. Et com-

communiter hæc literę R in L mutatio fit ob vitium à blæſis; hinc apud Ariſtophanem in Equitibus blæsâ linguâ Alcibiades loquitur ὁλᾶς, θέωλος pro ὁρᾶς.

S. Antiqui, teſte Feſto, dixere *Majoſibus* ex quo factum *majoribus*: ſic *melioſibus laſibus, feſiis*; ex quibus facta, *melioribus, laribus, feriis*. Similiter *Labôs, colos, Odos, Arbos*, pro *labor, color &c.* Et Var. l.6. L.L. *In quo antiqui dicebant S, poſteà dicunt R, ut in carmine Saliorum ſunt hæc:* Coſauli, Doloſi, Eſo. *Omnia verò ad patula coëmiſſe. Jam* Cuſiatii, Nuſes, Ruſe dumque Janus veniet. *Poſt* melios melior; fœdeſum, fœderum: pluſima, plurima; aſena, arena; Janitos, janitor. Sic extant Incriptiones ubi *Maſcellinus*, pro Marcellinus; & in libb. vett. *arboſem* pro *arborem*, & *roboſem* pro *roborem*, & id genus ſexcenta. Varroni conſentit Quintilianus lib. 1. c. 4. & Servius in 4. Æn. quos conſulere quis poterit.

V conſonantem: *tero, trivi*: hoc verò perpetuum non eſt huic verbo; cùm reperiatur, & *tervi* præteritum verbi *tero*. Sic Tibullus lib. 1 eleg. 4.

Aut operi inſuetas attenuiſſe manus.

Apud Plautum quoque in Pſeud 3. 2. *teruerunt.*

S in

D. *Cuſtos, cuſtodis* à *fraus* eſt *fraudo*, à *laus, laudo, pecus, pecudis &c.*

M. *Rurſus , rurſum ; adverſus , adverſum ; prorſus prorſum &c.* duplici terminatione enunciantur . *Quorſus* , pro *Quorſum* apud Senecam legas, & Appulejum l. 1. Floridorum . *Introrſus* apud Ovid. l. 12. Let. & Cæſarem l. 2. de B.G. *Deorſus* apud Appulejum l. 8. & 9.

R. *Flos, floris* , quod ſæpe contingit , invexitque uſum apud antiquos ; ut Pomponius refert Dig. de orig. juris t. 11. Claudius Centinianus . Exinde ab illis frequenter dictum *Valeſii Fuſii , Papiſii Auſelii* pro *Papirii , Valerii &c.* Sicuti, ut notat Scaliger, antiqua ſunt *gloſia , laſes , aſena , vapos , odos* , pro *gloria , lares , arena , vapor, odor &c. Pignoſa* quoque, & *pluſima* apud Feſtum pro *plurima* , & *pignora* videas .

T. *Nepos , nepotis* . Apud Feſtum ſunt *exſuti* , pro *exſuſi , mertat* pro *merſat* : apud Nonium *Terta* pro *Terſa* . Et ſæpiſſime contingit hæc mutatio apud Latinos in nominibus tertiæ , ut ex priori allato exemplo cernitur . Huic adde *ars , artis ; mars , martis ; pars, partis ; ſors, ſortis ; Samnis , Samnitis ; &c.*

V. conſonantem *Bos , bovis*. Et hîc adnotandum cum Vvillichio , olim linguam Romanam in duplici SS, alterum in C convertiſſe, ut : *phœniſſa , phœniſca ; libyſſa libyſca* .

T in

D. cui affinem ſatis eſſe ſuperiùs diximus ; quamobrem in antiquis libris , & monum

quan-

quandoque occurrunt. *Quod* pro *quot*, *quod annis* pro *quotannis*, *itcirco* pro *idcirco*. *capud*, pro *caput* hab. MSS. in illud Virgilii *Setoſi capud hoc apri &c.* *mentax* pro *mendax*, *at* pro *ad*.

S. *Merto*, *merſo*; *tenſus* pro *tentus*. Latini veteres ut monet Feſtus, dixere, *ſtlana*, pro *lana*, *ſtlocum* pro *locum*, *ſtlites* pro *lites*.

U in

B. Veteres ſiquidem dixere, *bile*, *albeolus*, *cabea*, *Probincia*, *Baſcones*, *Vibebat*, *cabillatio*, *negatiba*, *imbentio*, *Minerba*, *Olibeto*, *uniberſa*, *imbicto*, *curbati*, *Conſecraberunt*, *Atabis*, *Abe*, *jubentutis*, & alia innumera, pro *vile*, *alveolus*, *cavea*, *Provincia*, *Vaſcones &c.*

E. *Pondus*, *ponderis*; *dejurat*, *dejerat*, *pejerat*, *litera* quaſi *litura* dicta eſt &c.

F. ut in *Serfus*, *Fulgus*, *Falerius*; pro *Servus*, *Vulgus*, *Valerius*.

I. Eo quod inter ipſas ſit quædam ſoni medietas: ut ex his Annæi Cornuti apud Caſſiodorum in collect. colligitur, qui proinde dubitat an quædam dictiones enunciandæ ſint per I, an per U. En ejus verba: *Lacrumæ an lacrimæ, maxumus an maximus, & ſiquæ ſimilia ſunt, ſcribi debeat, quæſitum eſt. Terentius Varro tradidit, Cæſarem per I ejuſmodi verba ſolitum eſſe enunciare, & ſcribere; inde propter auctoritatem tanti viri conſuetudinem factam. Sed ego in antiquiorum multò libris, quàm Cajus Ceſar eſt per V pleraque ſcripta invenio: Optumus, intumus, pul-*

pulcherrumus, lubido, dicundum, faciundum, maxumè, monumentum, contumelia, minumè. Meliùs tamen eſt, & ad enuntiandum, & ad ſcribendum I literam pro V ponere: in quod jam conſuetudo inclinavit. Hæc Annæus. Et quidem Meſſala, Brutus, Agrippa pro *ſumus* quoque malebant *ſimus*, teſte Victorino l. 1. c. de Orthogr. O. Hanc affinitatem expreſſit more ſuo eruditiſſimè Quintilianus l. 1. c. 4. *Quid O, & V permutatæ invicem? ut Hecoba, & Notrix, Culchides, & Pulyxena ſcriberetur: ac ne in Græcis id tantùm notetur. Dederont, atque probaveront. Sic* Ὀδυσσεὺς *quem* Ὀυδυσσέα *fecerunt Æoles ad Vlyxen deductus eſt. Noſtri præceptores Cervom, ſervom; ſcripſerunt. Nunc V geminæ ſcribuntur; ſed neutro modo vox, quam ſentimus, efficitur.* Hoc ipſum diverſis tantùm verbis protulit Velius Longus: *Antiqui*, inquit, *confuſas O, & V literas habuere: nam conſul ſcribebant per O, cùm legeretur per V Conſul. Vnde in multis etiam nominibus variæ ſunt ſcripturæ, ut: fontes, funtes; frondes, frundes*. Sueton. l. 2. c. 87. & Victorinus l. 1. ferunt D. Auguſtum genitivo caſu *Hujus domos meæ* dixiſſe: Sic apud Curtium Valerianum habes *præſtu* pro *præſto*, *colpa*, & *culpa*, *præſtolor*, & *præſtulor &c.* Apud Priſcianum *humo*, & *homo*; *fretu*, & *freto*, *Acherunte*, & *Acheroute &c.* Profectò ut arguit Voſſius niſi inter duas haſce literas ſoni vicinitas extitiſſet, quæ Græcè per O haben-

tur,

tur, Latinè per U non redderentur, ideoque *jobam*, & *Priamom*, non *jubam*, & *Priamum* diceremus.

Diomedes ergo inveſtigans rationem, quare veteres ſæpe pro U quartam vocalem adhibuerint; credit id factum quod U in eâdem ſyllabâ geminare incongruum duxerint; in quo tamen ignorantiæ culpare omnes non dubitat Scaurus, ubi inquit: *Equus, & ſervus, & equum, & ſervum per uu, non per O efficere, excepto uno, avia, avos; unde apparet avom debuiſſe dici*. Et Caſſiod. in præf. lib. de Orth. *Itaque, quod ante ſcribebatur per V, & O, per duo VV modò ſcribere nobilis rectitudo ſcribendi per vias certiſſimas inveſtigata eſſe videtur; & ideò præſens opus non deſit directum, et volnus vulnus*. Hæc autem terminatio in O pro U non ſemel habetur in Virgilii Codice Mediceo; apud Plautum ſæpiſſime; in antiquis marmoribus quandoque etiam; qui mos videtur uſque ad Auguſti tempora perduraſſe: ut patet ex Ancyranis tabulis; & ut ſentiunt præclariſſimi Viri Henricus Noris Diſſ. 4. Cenotaph. cap. 4. Voſſius l. 2. de Analogiâ c. 5. Verùm rectiùs ſenſerit, qui credet Auguſti ævo indiſcriminatim ſcriptum per O, & U; nam in Narbonenſi lapide Auguſto inſcriptum, habetur in titulo: *Votum ſuſceptum à plebe Narbonenſium in perpetuom*; & inde v. 11. *Perpetuum*. In Cajana quoque Inſcriptione

va.

variatum. Nec improbanda in hoc Priſciani ſententia, qui hujus cognationis cauſam facit carentiam literæ U apud majores lib. 1. in hæc verba: *V quoque multis Italiæ populis in uſu non erat, ſed è contrario utebantur O. unde Romanorum quoque vetuſtiſſimi in multis dictionibus loco ejus O poſuiſſe inveniuntur*, Poblicum, Polchrũ, Colpam Hercolem.

Prædominantibus in Italiâ Græcis V conſonum interdum migravit in B. Tunc namque eorum mos erat, ut, cùm vocem quandam de Latinis Græcam facere vellent, ſi ab V conſonâ cœpiſſet, per B redderent ſuum: Sic *Livius*, ipſis eſt *Libios*; *Virgilius*, *Birgilios*; *Valerius*, *Balerios*; *Vaticanus*, *Baticanus*, & ſimilia. Sive etiam hæc ipſa; ſed rariùs per diphthongum OY, vel OU vertebant: Quare habemus ex vet. numiſm. *fouri* pro *furi*. *Oufentina tribus* apud Feſtum: & alibi Ioudicem, jouſſit, Nouncios, loumen &c. pro *lumen*, *Nuncios*, *juſſit &c.* Cujus moris meminit etiam Victorinus his verbis: *Sic V, quod apud illos junctum O literæ Y facit ſyllabam. Noſtri etiam quoties ejuſdem ſoni longa ſyllaba ſcribenda eſſet, & ipſi adjungebant O literæ*. Habetur etiam in monumentis, & Codd. U quandoque expreſſum per OE, Capuæ in Inſcript. *lœdos* pro *ludos*. Puteolis *cœrare* pro *curare*. *Mœnia* pro *munia*, *cœbus* pro *cubus*, *oinum* pro *unum*. Et id genus. Ego verò inſuper, ſi quid

co-

Digitized by Google

conjectari liceat, quandam V cum B affinitatem, cognationemq́ue ex eo arguerem, quod Adamantius Martyrius in ſuo libello, qui in Collectaneis Caſſiodori proſtat, in quo proponit docere voces B aut V habentes, *bernam*, non *vernam*; *beſicam*, non *veſicam*; *balvam*, non *valvam*, mandet ſcribendum. Ex quo videtur ſaltèm per illa tempora has literas invicem ſibi extitiſſe affines.

X.

Hanc diximus duplicem eſſe literam. Solvitur, aut in CS, ut: *pax*, *pacis*; *nux*, *nuncis*: aut GS, ut: *rex*, *regis*, *lex*, *legis*. CT *nox*, *noctis*; *ſupplex*, *ſupellectilis*. Interdum in F degenerat in compoſitis, *efficio* pro *ex*, & *facio* &c.

Z.

Cum quibus literis habeat cognationem expreſſit Priſcianus lib. 1. extremo cap. de num. liter. *Y*, & *Z*, inquit *tantummodò in Græcis dictionibus, quamvis in multis veteres hæc quoque mutâſſe inveniantur, pro Y, V; pro Z verò, quod pro SS conjunctis accipitur S, vel D poſuiſſe, ut: fuga, murrha, pro φυγὺ μύῤῥα ſagunthum, maſſa pro ζάκυνθος, μᾶζα Odor quoque ἀπὸ τῦ ὄζειν ſethus pro ζῆθος dicentes, & Medentius pro Mezentius*. Hæc ille.

Y.

Priſci vertebant in U, ut: *Thyle Thule*; *philyra*, *philura* apud Plin. & Ouid. 5. Faſt. *ſulla*

ſylla

ſylla in lapp. Capitolinis: *ſibullam* apud Tacitum . Caſſiod. de Orth. *Y literâ antiqui uſi ſunt; ſed aliquando loco ejus V ponebant . Itaque in illorum quoque libris hanc ſcripturam obſervandam cenſeo , ſuriam , ſuracuſas, ſumbola, ſucophantas . Sed Scaurus de Orthogr. Y literam ſupervacuam Latino ſermoni putavit ; quoniam pro illâ V cederet , ſed cùm quædam Græca nomina in noſtrum ſermonem admiſſa ſunt , in quibus evidenter ſonus hujus literæ exprimitur , ut ; Hyperbaton , & Hymnus ,& Hyacinthus , & ſimilia in eiſdem hac literâ neceſſariò utimur.* Huc ſpectant Terentiani carmina .

Romana Lingua , quam vocant Y non habet ;
Hujus in locum videtur V Latina ſubdita ,
Quæ vicem nobis rependit interim vacantis Y ,
Quando communẽ Latino reddit, & Græco ſonũ .

II. Dipthongis pariter affinitas eſſe ſolet cum ſimplicibus plerumque vocalibus ; ſic

AU in

O tranſit , teſte Priſciano lib. 1. *AV tranſit in O productam more antiquo , ut ; lotus,* pro *lautus; ploſtrum pro plauſtrum , cotes ,* pro *cautes* . Sic apud Macrobium legere eſt l. 3. c. 15. *orata* pro *aurata* ; apud Martialem lib. 3. epig. 58. *Copo* pro *caupo* ; ab Auſonio *coda* pro *cauda* ; ex Feſto *olla* pro *aula*; apud Servium 2. Georg. *caudex , codex ; caulis , colis ; ſaurex , ſorex. Aurichalcum ,* poſt etiam *orichalcum* . Horatio 2. ſermonum ſatyr. 4. *cole* pro *caule* ; Fabio *ora*

pro

pro *aura*, & alibi ſexcenta. Dio notat, *Claudium aliis dictum, qui ſemper Ciceroni Clodius*. Narratur quoque à Svetonio l.8. c.22. quòd cùm Menſtrius Florus cōſularis admonuiſſet T. Flavium Veſpaſianum *plauſtra* potiùs, quàm *ploſtra* dicenda; die poſtero Imperator eum non *Florum*, ſed *Flaurum* ſalutavit. A *faucibus* eſt *ſuffoco*; *explodo* à *plaudo*. U. *Occludo*, *includo* ſunt à *claudo*. Apud Terent. Phorm. 1. 1. v. 10. *Suum defrudans genium*, pro *defraudans*; & Adelph. 2. 2. 38. *defrudet* pro *defraudet*.

Æ in

E migrare quidam ex hoc coniiciunt, quòd interdum *Edepol*, *era*, *erumna*, *eſculus* ſimplici vocali ſcripta adinveniantur. Verùm iſtā non cognationem voco, ſed vitium. Anno enim Chriſti quadringenteſimo ſexageſimo circiter primo, jam in deſuetudinem abire coeperant diphthongi, iiſque potiſſimùm in locis, qui ab Urbe plurimùm aberant: quare literarum affinitas ex ſubrepenti jam abuſu argui non debet. Nec tamen ignoro, habeoque ex Soſipatro lib. 1. & apud ipſius Romanæ Urbis Scriptores, ac in codicibus quibuſdam, marmoribusque antiquitate probatis, hoc ipſum reperiri. Sed ex eo quòd parciſſimè uſu veniat, cognationem certam quis ſtatuat?

I longum. *Excido*, *occido* ſunt à *cædo*; *allido*, *col-*

Digitized by Google

collodo, à *lædo* . *Æquus*, *iniquus* ; *quæro*, *inquiro*. Hinc *ſuccidaneus* apud Plaut. Epid. 1. 1. v.37. *Et ſuccidaneæ boſtiæ* apud Agellium lib.4.cap.6. quæ ita dicuntur , æ diphthongo per morem compoſiti vocabuli in i literam commutatâ: eſt enim à cædo : quoniam ſi primis hoſtiis litatum non erat , aliæ poſt eaſdem ductæ hoſtiæ cædebantur , quæ quaſi prioribus jam cæſis , luendi piaculi gratiâ ſubdebantur. Eâdem autem ratione verbi , *precidaneæ* quoque *hoſtiæ* dicuntur , quæ ante ſacrificia ſolemnia pridie cædebantur ; quod verbum legas apud Attejum Capitonem lib. 5. de Pontificio jure : Marium Vict. l. 1. cap. de Orthogr. Feſtum Pompejum , alioſque . Scipio Affricanus memoratur *pertiſum* perpetuò dixiſſe pro *pertæſum* : unde Feſtus : *Diſtiſum*, inquit *& pertiſum dicebant , quod nunc diſtæſum, & pertæſum* .

EI in

I longum , quod tamen de ſuâ diphthongo plurimùm in pronunciando retinebat ; undè Plauti Comœdia *Captivei* inſcripta ; quæ poſtea *Captivi* . Similiter *eïs* , *eïtur* , *eït* ſcribebant , quæ nos per ſolam vocalem I exaramus . Accuſativos nominum , quæ tam nominativum , quam genitivum ſimilem habent per EI primò enunciabant , inde per I ; quapropter apud primæ notæ Scriptores , ſive Poëtæ , ſive Oratores , aut Hiſtorici ſint ,

quar-

Digitized by Google

quartos caſus ſic terminatos. Saluſt. in Catil. *omnis homines, qui ſe ſtudent.* Virg. 3. Georg. & 1. Æn. *dimittere navis*; *aquas dulcis* & 4. *manis ſepultos*; & 12. *acris viros*. Horat. l. 1. epiſt. ult. *impleviſſe decembris*. Terent. Heaut. 1. 2. v. 20. *Parentis*: & Phorm. 3. 4. 35. *compluris menſes &c.* Sic habent probati codices. Nos inde paulatim in his & ſimilibus ſonum τῦ I ad E deflexinus; ita ut vix reperiatur ex recentioribus, niſi veterum ſectator haberi velit, qui aut *omneis*, aut *omnis*; *parenteis*, aut *parentes* accuſativo caſu efferat, ſcribatque. Contrà tamen factum video ab antiquis, qui, prout orationis ſuavitas exigebat, EI, I, aut etiam E ejuſmodi nomina terminabant; refertque Gellius lib. 13. cap. 19. Percontatum quondam Valerium Probum, *haſne urbis*, an *has urbes*, & *hanc turrem*, an *hanc turrim* dici oporteret: ipſumque reſpondiſſe, quod, ſi verſus pangimus, aut ſolutam orationem ſtruimus, atque ea verba apponenda ſint, non finitiones illas prærancidas ſpectare debemus, ſed aures interrogare, quo quid loco conveniat dicere; & quod illa ſuaſerit, id profectò fore rectiſſimum. Adduxit ulterius Virgilij exemplum ex primo Georgicôn

Urbiſne inviſere, Cæſar,
Terrarumq; velis curam.

Verte enim; & muta, inquit Probus, *ut urbes*

dicas , inſipidius neſcio quid facies , & pinguius . Antiquis quoque uſus fuit dicendi *Adeibam* pro *Adibam* ; In Columnâ Duillianâ legebatur *Caſtreis, Socieis* , pro *Caſtris* , *Sociis* . Et alibi *Leimen* pro *limen* , *ubei* , *queibus*, pro *ubi quibus &c.* Ex quo deducitur multis aliis dipthōgis idem quod huic eveniſſe , ut duplex earum eſſet pronunciatio , cùm aliàs prior , aliàs poſterior ejuſdem diphthongi vocalis audiretur : cujus rei habemus in Germanis exemplum . Voce *Jeder* ſignificatur *Vnuſquiſque* , priori ſyllabâ dipthongi vim tenente . Qui autem elegantius pronunciant I plenum efferunt ita , ut duo tempora conſumat , E verò vix ſentiatur . Alij contrà E pleniùs efferunt duobus temporibus , I tenuiter enunciato , eo ferè pacto quo *Jeſus* pronunciatur. Sic Hiſpani in *Nueſtro* U plenum efferunt, ſed E ſic ſupprimunt, ut ad aures vix ejus ſonus pertingat .

EU.

Nullam cum Latinis literis in Latinis vocibus cognoſcit affinitatem . Dixi in Latinis vocibus ; nam ſi de Græcis ſermo ſit, magna comperitur ; ac etiam , ſi Græca diphthongus exiſtat cognationem habet cum Latinis literis , quibus , in vertendis Græcis vocibus reſpondet : Sic v. g. ευ in ῥεῦμα reſpondet Latino *u* quia *Ruma* nobis eſt . Idem judicium de cæteris eſto . De his agetur fusè , & ex pro-

profeſſo ubi de Græcis vocibus Latio donandis.

OE in

I longum tranſit; ut: *Læber* olim nunc *Liber*. Feſtus. *Læboſum, & loebertatem antiqui dicebant liberum, & libertatem*. Sic apud Capellam *Alidus* pro *Aulpedus, Tragidis* pro *Tragoedis*. In vet. epig. *Idipus*, pro *Oedipus*. In Martyrol. *Cimiteriis* pro *Coemeteriis*.

U. *Moerus* nobis nunc *murus*. Sic Servius ad 10. Æneid.

Quin intra portas, atque ipſis proelia miſcent
Aggeribus moerorum.

Moerorum antiquò, inquit, *pro murorum, nam veteres pleraque eorum, quæ nos per V dicimus, per OE pronunciabant*. Docet hoc verſus Lucillii in Fragmentis Satyrarum:

Moenu' tamen fungi, ac meoros ſervare poteſſint.

In vet. inſcript. *poenire* pro *punire*.

De tribus reliquis diphthongis AI, OI, & UI. utpote quæ Græcorum magis propria, agetur ubi de affinitate inter Græcas diphthongos. Plura ſi quis amet interim de cognatione literarum Latinarum, multa habet Radulphus Fornerius lib. 1. rerum quotidianarum cap. 15.

Digitized by Google

III. De Italicis literarum transformationibus, ex Latio natis aliquid addamus.

1. Supponendum antea cum Fortunio, inter duas vocales tres conſonantes communiter loquendo non apponendas, ſed duas; undè ſanctus, promptus Latinorum ſcribetur *ſanto pronto*. Recedimus ab hac regulâ, quotieſcumque liquida L, vel R vocalem præcedit: ut *ſepolcro, ſempre*.

2. Cum in latinis vocibus B, C, P, præcedit T, in alium T tranſmutatur; unde obtuſus *ottuſo*; doctus *dotto*: aptus *atto*. Aliquando ob compoſitionem in ſimilem conſonantem transformantur, ut obſervo, *oſſervo*.

3. Littera L interdum vertitur in I, ut: amplum, *ampio*: exemplum, *eſempio*: templum *tempio*.

4. B, D, C cum in latinâ voce M ſequentem habent, in alteram M transferuntur, ut: ſubmergo *ſommergo*: admiror *ammiro*: drachma, *dramma*. Ita pariter cum latinè M poſitum ante N, italicè tranſit in alium N, ut: autumnus, *autunno*: damnum, *danno*.

5. E plerumque in I, ut: devotio, *divozione*: æſtimare, *iſtimare*; C in Z deliciæ, *delizie*; C T in Z, ut reductio, *riduzione*. Ex in Is: unde expedire, *iſpedire*; excuſare, *iſcuſare*. Re in Ri, ut: renovo, *rinovo*; renaſcor, *rinaſco*: refuto, *rifiuto*.

6. E in A, vel E, ut: maledictus, *maladetto*,

ma-

maledetto. E in V, ut: rebellis, *rubello*. I in E, ut: ſollicitus, *ſollecito*: ſimplex, *ſemplice*: impius, *empio*: minimus, *menomo*.

7. I in O, ut: ſimilis, *ſomigliante*.

8. O in E, debere, *dovere*.

9. O in I, ut: domeſticus, *dimeſtico*.

10. In V, ut: obedientia, *ubbidienza*: officium, *ufficio*.

11. V in O, ut: ſuſpicio, *ſoſpetto*: nutrire, *nodrire*: ſingularis, *ſingolare*.

IV. In Italis etiam vocibus non paucas literarum mutationes habemus, quarum nonnullas raptim notabimus, quæ ſæculo præſenti magis arridere videntur.

1. A in E mutant verba primæ coniugationis in futuro primo, ut *amerò, amerai, amerà*; Item in imperfecto conjunctiui, *amerei, ameresti, amerebbe: ameremmo, amareſte, amerebbono*.

2. Variantur etiam multis in vocibus & aliæ vocales, ita ut utroque modo, & ſcribere poſſimus, & loqui; Initio vocis, ut: *eguale, & uguale; iconomo, & economo: officio, & ufficio: obbedire, & ubbidire*. In medio pariter, & in fine, ut: *ſarà, & ſerà: marauiglia, & merauiglia, altramente, & altrimente: devozione, & divozione; refutare, & rifiutare, ribello, & rubello: prepoſto, & propoſto: & fuori: foſſe, & fuſſe: facoltà, & facultà: ſuoi, & ſui: macchiarella, & macchierella: maladetto, & maledetto: tragetto*.

& tragitto: *reo* , *& rio* : *longi* , *& longe*: *anche* &, *anco* : *fuora* , *fuoro*, & *fuori* :

3. C in Z *Vſiciale*, *& Vſiziale*. C in G ut: *lacrima*, *& lagrima* : *lacuna*, *& laguna*. G in Z, ut *curagione*, *& curazione* , etiam conſonantium non raro variantur. v. g. B. in V ut *ſerbare* , *ſervare* : *nerbo*, *nervo* .

4. D in T ut : *etade*, *etate*: *lido* , *lito* : *podere* , *potere* .

5. G in V conſonans, vt : *rogo*, *& rovo*; latinè rogus, vel pyra .

6. M in N vt : *crediamo* præſens, & *crederemo* futurum ſcribi licet *credian* , *crederen* . Ita ferè Barbarinum ſcripſiſſe notat Daniel Bartholi cap. 13. §. 2. quod ſanè ad faciliorem confert pronunciationem : communior tamen ſcribendi modus eſt per M .

7. N in L , ut : *con l'amore* , *coll' amore* : ſic *collegare* ideſt ſimul ligare .

8. N in M vertunt compoſita , quorum ſecunda vox initium capiat à B, M , vel P : undè ſcribendum *imboſcare*, *imbalſamare* , *imbiancare*: *immortale*, *immutabile*, *immodeſto*: *impaſſibile*, *impaziente*, *impoverito &c*. ita *combattere* , *commutare*, *compatire &c*.

9. P in V conſonantem, ut : *coperta* , *coverta* : *ſoprano*, *ſourano &c*.

10. Q idem eſt ac C ſequente U, & aliâ vocali : atque æquè benè ſcribitur *cuore*, *& quore* : *ſcuola*, *& ſquola* .

De

De Cognatione, & affinitate Græcarum Literarum, ac Diphthongorum.

CAPUT XVI.

I. TAntum abeſt, ut mens mihi fuerit præſcribendi unquam aliquid de Græcarum Literarum affinitate, ut etiam facto capiti titulo ſubdubitârim me ad ulteriora conferte. Hujus verò hæſitantiæ meæ in cauſâ ſunt quorundam præclariſſimorum hominum ſtudia, qui tam diſertè tam fuſe hanc ipſam pertractârunt materiam, ut nova proferre, pene dixerim ultra hominem labor ſit; & jam ab iis prolata rurſum apponere, Æſopi Cornicem alienis coloribus adumbrare. Hi ſunt præ cæteris undequaque ornatiſſimi, atque eruditiſſimi Viri.

* *Quos nemo fando dixerit,* * Auſon. epiſt. 3.
Qui non priùs laudaverit,

Gerardus Voſſius, & Angelus Caninius Anglarenſis; quorum primus in ſuo Etymologico Linguæ Latinæ edito Amſt. an. 1662. inde Lugduni 1664. alter in Helleniſmo edit. Pariſ. 1555. 1578. ac in Alphabeto Dialectorum, ac Analogiæ Lugd. edit. 1603. ita literarum permutationem, & affinitatem diligentiſſimè ſcrutati ſunt, ut uniuerſæ literariæ Reipublicæ plauſum, & nunquam inter-

moriturum nomen, jure quidem merito, adepti ſint. Ibi enim, quæ ſparguntur in omnes, collecta videas, tantamque obſtupeſcas vocum varietatem, tam paucis canonibus comprehendi. Horum, inquam, Hominum ſingulare ſtudium me aliquantulum detinuit quominus tam vaſtam proviuciam ſuſciperem; mihique hoc oneris ſuccollarem: Sed ut animo diligentiùs perpendi, nec Platonis amplitudinem Ariſtotelem de Philoſophiâ ſcribentem deterruiſſe; futururumque ut hic noſter labor in repræhenſiones incurreret; ſi à conſueto ordine non ſolùm Latina, verùm & Græca præſcribendi præcepta, prout ratio poſtulat, hîc deflecterem; incentore inſuper facto Patrono meo amantiſſimo, cui non uno nomine debeo; meipſum tandem recipi, ſtatuique quædam breviter de Literarum Græcarum affinitate ſubdere; in quibus ne repetundarum accuſer, fateri non pudet (*cum*, ut inquit Plinius in Proëm. *benignum. & pleni pudoris ſit fateri per quos profeceris*) multa ex his me à prælaudatis ſummis viris, quod & ipſi ab aliis fecerunt, deſumpturum; certus, non parum oboriri interdum laudis, quod ſummorum virorum veſtigiis adhærere utcumque valeamus.

II. Quia porrò hæc tanta in Græcis vocibus mutatio inde proceſſit, quòd variæ fuerint apud ipſos Dialecti, ideſt loquendi diver-

verſæ formæ; quarum una, cùm magis unam quàm alteram adamâſſet literam; factum eſt ut ubi ponendam ejuſmodi elementum fuiſſet, ejus loco peculiarem, ſibique dilectam literam potiùs ſubrogârint; quâ licentiâ proceſſu temporis eò radacti ſunt, ut tanta Dialectorum varietas nobis vix regulis comprehendi queat. Quatuor autem Dialecti, pro numero præcipuarum Græciæ gentium, quæ à linguâ cummuni receſſere. Attica, Jonica, Dorica, Æolica. Atticâ utebantur Athenienſes; Jonicâ, Jones; Doricâ, Dores; Æolicâ Æoles Græciæ Aſiaticæ populi. Huic acceſſit varietati Poëtarum quælibet audendi ſemper æqua poteſtas; qui vel quandam ſibi propriam uſurpârunt Dialectum, vel eas miſcuerunt: Sic Homerus Jonicæ, quâ maximè utitur, reliquas hinc inde admiſcet; Pindarus Doricus, alias etiam admiſcet; Ariſtophanes Atticus, Sophocles, & Æſchylus, in Choris, & cantilenis ſubinde ſunt Dorici. Prætcrea Dialectus trifariam intelligi poteſt per totius nominis immutationem, per mutationem partis, & per mutationem, quæ eſt per accidens. De primâ nobis hìc ſermo non eſt; ſed de reliquis duabus; quando ſcilicet pars immutatur vel per Aphæreſin figuram, vel Metatheſin; ſive qnando accidentale quid in vocibus variatur; ſcilicet ſpiritus, vel accen-

tus,

tus. His prænotatis, tamquam ſummoperè ad eorum, quæ ſequentur intelligentiam, profuturis, deſcendimus ad demonſtrandam uniuſcujuſque literæ cognationem, eodem prorſus, quo ſuperiùs digeſſimus ordine.

A mutatur in

E. AEoles pro κράτος dicebant κρέτος, δράκων, δρέκων: Attici ὕαλος, ὕελος, νεὼς, pro ναὼς, λέας pro λάος; Μενέλεος pro Μενέλαως &c. Sic Latini fecerunt in traductione quarundam vocum à Græcis: *Talentum*, τάλαντον; *camera*, καμάρα; *ante*, ἄντα; *peſſalus*, πάσσαλος; *pretium*, πράτιον &c.

I. Tantùm Latini hoc fecere, quibus *caniſtrum* eſt à Græco κανάστρον; *catinus* à κάτανος; fiſcus à φάσκος; *machina* à μαχανὴ; *trutina* à τρυτάνη; *patina* à πατάνη &c.

O. Attici certè quemadmodum auctor eſt Athenæus lib. 3. ἄσακον dixerunt ὄσακον, ſicuti & ἀσαφίδας, ὀσαφίδας. AEoles ὀνόγυρις pro ἀνάγυρις; βότις pro βάτις; ὀνὴρ pro ἀνὴρ; βροδέως, pro

βρα-

ϐραδέως; στοτὸς pro στρατὸς &c. Latini quoque Alpha in Omicron tranſtulerunt, ut *corylus* à κάρυλος; *follis* à φαλλὸς; *polenta* à παλιώτη &c.

Υ. ſed raro; ſic πέσσαρες, πέσσυρες; σάρκες, σύρκες ſcripſerunt, AEoles verò pro γλάφω, γλύφω &c. Latini ſimiliter hoc faciunt, nam *pecudes* dicunt à Græco πεκάδες; *Hecuba* eſt ab ἑκάβη; *botulus* à βύταλον; *capulus* à κάπαλος &c.

B in

Γ. Atticè γλήχων pro βλήχων; γλέφαρα pro βλέφαρα teſte Euſtathio. AEolicè γάλανος pro βάλανος, πρέϚγυς pro πρεσβὺς &c.

Δ. Βδνὸς AEolibus eſt δνὸς; ὀβελὸς ὀδελὸς.

Μ. Ἀμφίσβαινα, Heſichio teſte, dicebatur & ἀμφίσμαινα, Γοβολῖται, Γομολῖται. Latini *Amantes* dixere à Græco ἄβαντες.

Ρ. Latinum; nam Græcis in vocibus

non

non eſt cognatio. Si *turpe* eſt à τύρβη; *pluo* à βλύω; *cuppa* à κύββα; *Canopus* à κάνωβος, &c.

T Latinum. Ut: *tardus* à βραδύς; *telum* à βέλος.

V Conſonum Latinum. Sic *varius* eſt à βάλιος; *venenum* à βέλεμνον; *ver* ab Jonico βῆρ; *vivo* à βιῶ; *vola* à βολή; viſcus ab AEolico βίσκος, &c.

Γ in

C Latinum. *Focus* eſt à φῶγος; ἀμοργή *amurca*, Γάϊος *Caïus*; μίσγω *miſceo*; γωρυτὸς *corytus* pharetra, &c. Inſuper in CT Latinum Gamma mutari ſolet: ſic φλέγω nobis eſt *flecto* &c. immò & Græcis quoque hoc accidit in præteritis paſſivis ſecundæ Conjugationis Baryton.

Δ. Doricè γνόφος, δνόφος, γνοφερὸν, δνοφερὸν, γῆ, δῆ; γημήτηρ, δημήτηρ &c.

N. Oſtendimus cap. præcedenti in literâ G permutationem hanc Græcis & Latinis communem eſſe, rationemque addu-

Digitized by Google

adduximus quomodo contingat, ut ſæpe in G convertatur. Certè, ut exemplis monſtrabimus, quotieſcumque Gręcas voces Latio donamus, Gamma quodcumque præcedit aliud Γ, Ξ, aut χ convertitur in N. v. g. ἄγγελος nobis *Angelus*; λυγξ, *linx*; ἄγχω, *ango*; ἀγχίσης, *Anchiſes*; σφίγξ, *Sphinx* &c.

Z. Jones pro φύγω dicunt φύζω; pro ὀλίγον, ὀλίζον. Dores pro γένω dicebant ζεύω.

Δ in

B. AEolicè Δελφοὶ, βελφοὶ; ἐνδύσαι; ἐνβύσαι; δέλεαρ, βέλεαρ, δύπτης, βύπτης; &c. Bœotis pariter δύης, ſerpens aquatilis eſt βύης.

Γ Dorienſibus δεφύρα eſt γεφύρα; δνόφος, γνόφος &c.

Λ. Δάφνοι, λάφνοι, δίσκος, λίσκος; teſte Heſichio. Latini ſimiliter Delta in ſuum R tranſtulerunt: ſic *olor* eſt ab ὠδὸς, *Ulyſſes* ab Ὀδυσσεὺς; *lorus* à δοράς;

la-

lacryma à δάκρυμα, *lolium* à δόλιον, &c.

T Latinum. Sic *ſpatium* eſt à σπάδιον; *mutus* à μύδος; *uterus* ab ὄδερος; *terra* à δαῖρα, *tuſſis* à δύσις &c.

E in

A breve. Jones μέγαθος pro μέγεθος; τάμνω pro τέμνω; τράπομαι pro τρέπομαι; τραφθεὶς pro τρεφθεὶς. Dorienſes πιάζω pro πιέζω; τράχω pro τρέχω; ἄρταμις pro ἄρτεμις. Latinis quoque eſt *caſtus* à κεστός; *malus* à μέλας ex Iſidoro; maneo à μένω; pateo ex πετάω &c.

I. Lacones enim pro Θεός dicunt Σιός. Latini multas voces hac permutatione factâ ſibi aſcivere; nam *animus* eſt ἄνεμος, *plico* à πλέκω, *intus* ab ἔντος, *in* ab ἐν, *Sicilia* à Σικελία &c.

O. AEoles pro ὑπέρσε dicunt ὑπόρσε; & pleraq; præterita Conjugationis mediæ Baryt. verborum diſſyllaborum, mutant E in O, ut: λέγω, λέλογα, πείθω, πεποίθα &c. Latinæ quoque hæ voces ori-

originationi hoc debent, ſunt enim, *domus* à δέμω, *obolus* ab ὀβελός, *tollo* à τέλλω, *novus* à νέος, *epiſtola* ab ἐπιστέλλω, &c.

V Latinum: ſic *ſcopulus* eſt à σκόπελος, *unus* ab ἑνός, *nebula* à νεφέλη, *catapulta* à καταπέλτης.

Y. Ita Græcorum ζύμη eſt à ζέω, ut notat Voſſius, quemadmodum Latinorum *fermentum* eſt à *ferveo*. Raró hæc mutatio contingere ſolet.

Z in

Δ. AEoles pro ζυγὸς dicunt δυγὸς, pro ζωμὸς, δωμός. Græcæ pariter quædam, hac permutatione, Latinæ factæ ſunt voces, ut: *vado* à βάζω ſtrido à τρίζω &c. AEoles quoque pro δς frequentant, Lacedæmonii, ac Bœotii pro δδ, ita iis μᾶζα erat μάδδα, γυμνάζομαι, γυμνάδδομαι; παίζειν, παίδδειν &c. illis verò Ζεύς, δζεὺς; μελίζειν, μελίδσειν; παίζειν παίδσειν &c.

Σ, & ΣΣ. Futura verborum in ζω

quar.

quartæ Coniug. Baryt. deſinunt in ζω; ut: φράζω, φράσω. Nobis *Saguntbum* eſt à Ζάκυνθος, *Setus* à Ζῆθος. κρίσσω eſt à κρίζω; μάζα, μύζω, πτίζω, πατρίζω redduntur *maſſa*, *muſſo*, *pitiſſo*, *patriſſo*.

H in

A. Doricum eſt φάμα pro φήμη, ἁμέρα pro ἡμέρα, ματέρα pro μητέρα, ἅλιον pro ἥλιον &c. Latinis quoque ſunt *mater* à μήτηρ, *camus* κημὸς, *clathruſa* κλῆθρον, *caleo* à κήλεω, *lana* à λῆνος, AEſculapius Ἀσκληπιός, *plaga* à πληγή &c.

E longum Latinum, & hoc quidem ſæpiſſime; nam omnes ferme dictiones in Latium converſæ, ſic reddi ſunt ſolitæ; ut πάτηρ nobis eſt *pater*, παράκλητος *paracletus* αὐστηρὸς *auſterus* Ἰησοῦς *Jeſus*, ῥήτωρ *Rbetor* θησαυρὸς *theſaurus*, & hujuſmodi ſexcenta. Græci quoque noſtras voces mutuati E longum per H ſuum reddunt, ut: *Aurelius* αὐρήλιος. AEoles & Dores quandoque η in ε mutare

tare ſolent, ut pro ἄρης, ἄρες; pro ἀδικῆσαι, ἀδικέσαι.

Θ in

D Latinum, ſic *Deus*, eſt à θεὸς, *ador* ab ἀθὴρ, *ordo* ab ὀρθὸς, perdo à πέρθω.

Σ, ut AEolibus Παρθοι, Πάρσοι, Θίναι, Σίναι. Laconibus Σιὸς pro θεὸς, ἀσάνα pro ἀθάνα, σίγω pro θίγω, ἀγασὸς pro ἀγαθός. Cauſam verò hujus mutationis aſſignat Voſſius, dicendo, Veteres olim θ blæſo ore extuliſſe, atque in tantum eliquâſſe, ut potiùs ſonaret Σ quàm Θ.

T. AEoles pro καθήκει dicunt κατήκει. Latini frequentius Θ Græcum in ſuum T extulerunt, ut patet ex ſequentibus dictionibus. *Lateo* eſt à λάθω Doricè, *pati* à πάθειν, *ante* ab ἄνθος, *catena* à κάθημα, *menta* μίνθη, *metus* μόθος &c.

I in

A Latinum, ſic *ala* ab ἴλη, hora ab ὁρίζειν &c.

E Latinum, ſic *boo* eſt ἀβίω, *cochlea*,

N

à κοχλία, *termes* τέρμις, *ocrea* ab ὀκρία &c.

U Romanum; *carus*, *duplex*, *mucro* ſunt à χάρις, διπλοῦς, μικρός &c.

K in

G Latinum ut: *Cygnus* κύκνος, niger νεκρός, *gummi* κόμμι, *grabatus* κράβατος, *angulus* ἄγκυλος &c.

Q, ſic *æquum* à Dorico αἰκός, *ſiliqua* à ξυλικὴ, *uſque* ab ὥςκε, *que* à κε &c.

Ξ. Bœoti, & AEoles pro διὲκ dicunt διὲξ, unde apud Archilochum διὲξ σωλῆνος. Ita ἑλξίνη eſt ab ἕλκω, πλέξιμον à πλέκω. Latinis quoque ſunt *lynx* à λύκος, *lux* à λύκη, *nex* à νέκυς &c.

Λ in

Γ. Atticis eſt μόγις pro μόλις; Nobis quoque magis à μᾶλλον.

N apud Dores ſequente θ, vel τ, dicunt enim ἦνθον pro ἦλθον, βέντιςος pro βέλτιςος, φίντατος, pro φίλτατος. Cretes pro βέλτιον βέντιον. Latinis quoque ſunt *Nympha* à λύμφη, *tenus* à τέλος, *venenum*

Digitized by Google

num à βελέλεμνον.

P. Atticis κεφαλαργία dicebatur pro κεφαλαλγία, κρίβανος pro κλίβανος, ἀργαλέος pro ἀλγαλέος. Cypris ἀβρεμὴς eſt ἀβλεπὴς &c.

M in

B. AEoles μέλλειν, dicebant βέλλειν, ἐπισιμεῖν ἐπισοβεῖν, μεμβράδες βεμβράδες, ἀμφίμαλλον, ἀμφίβαλλον, μύρμηξ βύρμηξ.

M. AEoles ſimiliter pro μετ' ἐμȣ̃ dicunt πετ' ἐμȣ̃, pro ὄμματα ὄππατα, pro ὄμμα ὄππα, pro μικκύλος, πικύλος, unde remanſit puto Italorum *piccolo*. Sic Latinis *Vappa* eſt ab AEolico βάππα.

N.

Λ. AEoles pro ἀνδράχνη ἀνδράχλη, pro νίτρον, λίτρον, pro ἔβενος ἔβελος, pro ἀνάβαστρος ἀλάβαστρος, & ſimilia dixere, quæ numerat Salmaſius Plinianarum exercitationum pag. 187. Græci ſimiliter N Latinorum ſequente L mutabant in λ, ut *Manlius* μάλλιος.

Digitized by Google

M Latinum ſic. παλλάδιων nobis eſt *palladium*, ἄντρον *antrum*, κύμινον *cuminum*, γράφιον *graphium*, γράβατον *grabatum* &c.

R Latinum, ſic *mora* eſt à μονὰ, merus ab AEolico μένος pro μονος, *furia* à φονία, κνίσπος, *groma* à γνῶμα &c.

Σ. AEoles pro ὀρθοῦν dicunt ὄρθοις, pro γυψοῦν γύψοις, pro χρύζῦοις χρύσοις. Latinis quoque *limus* eſt à λειμών *gurges* à γυργὼν &c.

Ξ in

Γ. Verba namque quartæ Conjugationis baryt. quæ futurum habent in ξω mutant illud ξ in γ. Præt.medio. πλήσσω πλήξω, πέπληγα. Sic Latinis eſt *augeo* ab inuſitato αὐξέω.

K, ἄβαξ ἄβακος, θώραξ θώρακος &c.

Omicron in

A. AEoles ἄσσα pro ὅσσα. Dores ἔικατι pro ἔικοσι, βάτραχος pro βότραχος. Latina ſunt *aratrum*, *lancea*, *lavo*, *paſco*,

Digitized by Google

à Græcis ἄϱϑτϱον, λόγχη, λόω, βόσκω.

E. AEoles ϖϱὲς σὲ pro πϱός σέ, ἐδδόντες pro ὀδδόντες, ἐδύνη pro ὀδύνη &c. *Dentes* nobis dicuntur à Græcâ voce ὀδδόντες *genu* à γόνυ, *merus* à μόϱος, *pes* ab AEolico πός, *marceo* à μαϱκόω, *pecudes* à φοκάδες.

I Latinum. *Caulis* καυλός, *cinis* κονίς, *lenis* λεῖνος &c.

Y. AEolica ſunt μύγις pro μόγις, ὔμφαλος pro ὄμφαλος, ὔμοιον pro ὅμοιον, ὄνυμα ὄνομα, ςύμα, ςόμα: Item in U Latinum; ſic ἀμοϱγὴ nobi eſt *amurca*, γενος; *genus*; *purpura* à ποϱφύϱα; *olympus* ὀλύμπος, Νικολάος Nicolaus; ac communiter omnia nomina, voceſque Græcæ Latio donatæ, quæ deſierant in ον, aut ος, deſinunt in UM, & US. Et viciſſim Græci Latina nomina per UM & US cadentia, in ON, & ΟΣ efferunt, ut Λίβιος, φαβιον.

Π in

B. Plutarchus certè in Hellenicis queſtionibus, obſervat Delphis B pro Π uſur-

pari, ac βατεῖν, βικρὸν dici pro πατεῖν πικρὸν. Simili prorſus ratione Thraciæ Urbem Παλλήνlω vocat Βαλλήνην, unde apud Ariſtophanem Βαλληνικὸν βλέπειν. In Latinis ſimiliter vocibus, à Græcia acceptis, hæc mutatio habetur, ut in *abſinthium*, *abſis*, *Arabs*, *Burrus*, *carbaſus*, *buxus*, quæ ſunt à Græcis ἀψίνθιο, ἀψίς, Ἄραψ, πυῤῥὸς, κάρπασος, πύξος.

Δ. In vetuſtiſſimâ Romæ Inſcriptione teſte Dionyſio δένας pro πένας legebatur: unde ait: *Mihi namque videtur* Π *literâ nondum repertâ, veteres literâ* Δ *vim illius ſignificaſſe.*

K. Jones hanc frequentare conſueſcunt in interrogativis, & relativis; ita κῶς dicunt pro πῶς; ὄκως pro ὅπευς κόσος, ποσος, ὅκοσος ὅποσος, κότε πότε, κοῖος ποῖος &c.

M. AEoles ματῶ dicunt pro πατῶ, μαθῦσα pro παθῦσα Cypriis ἀβρεμὴς eſt ἀβρεπής.

Digitized by Google

PH Latinum; ſic Riphæi ſunt à Πίπαια ὄρη; *trophæum* à τρόπαιον, *romphea* ῥομπαῖα &c. Sed hæc Latini quoque interdum abſque aſpiratione extulere, ut: *tropæa*, *rompæa* &c. quam lectionem pluribus tutatur Voſſius lib. 2. de Arte Gram. c. 11. & in Etymologico.

T Latinum, ſic *ſtudium* eſt à σπουδή, verto à τρέπω &c.

P in

Λ. Ita Græcis Heſichio teſte λάκη ſunt ῥάκη. Latini ſimiliter dixére *lilium* à λείριον, *clibanus* à κρίβανος mutato ρ in L.

N. Latinum. Sic δῶρον nobis eſt *donum*; *plenus* eſt à πλήρης, *teneo* à τηρέω &c.

Σ. Attici dicunt ἄρσην, θαρσαλέος, κόρση, ταρσὸς pro ἄῤῥην, θαῤῥαλέος, κόῤῥη ταῤῥὸς.

Σ in

Δ. Dorienſes dicunt ὀδμὴ pro ὀσμὴ, ἴδμεν pro ἴσμεν, κεκάδμενος, pro κεκάσμενος. *Medius* eſt à Græco μέσος.

N. Æoles pro εἰρηκὼς dicunt εἰρήκων, pro νενοηκὼς νενοικαν.

Digitized by Google

R Latinum: ſic *celer*, *coluber*, *cruor* ſunt à κέλης, κρύος, κολοβὸς.

T. Atticis frequens eſt, dicunt enim γλῶττα pro γλῶσσα τέτταρα τέσσαρα, τήμερον σήμερον, φυλάττω φυλάσσω. AEoles pro σὺ τὺ, pro σὲ τὲ, dicunt. Lacones quoque pro ἐνιαύσιος ἐνιαύτιος, pro πλούσιος πλούτιος.

X. AEoles pro ψῆφος dicunt ψάφαξ; Attici veteres ξὺν pro σὺν ξύμμαχος pro σύμμαχος. Dorienſes in futuro & Aoriſto primo Quartæ Baryt. κλείω κλείσω κλαξῶ; καθίζω καθιξῶ &c. Latinis *Ajax* eſt Αἴας, piſtrix πίστρις, ulex ὗλος. Interdum quoque duplex ſigma mutatur in X, ut Iones διξὸς dixere pro δισσὸς, τριξὸς pro τρισσὸς &c.

T in

D Latinum, ut *cado*, κάτω, *vado* βάτω, *vadum* βάτον &c.

K. Dorienſes id faciunt in aliquot adverbijs, ita pro ὅτε dicunt ὅκα, πότε, πόκα,

Digitized by Google

κα; pro ἄλλοτε ἄλλοκα, pro τότε τοκα.

Π. AEoles pro ϛολὴν dicunt σπολὴν, ϛαλεὶς σπαλεὶς, τέτρασται, πέπρασται, γήτιον γήπιον, κλιτὸς κλιπὸς. Dores pro ϛάδιον Cπάδιον.

S Latinum. *Nauſea* à ναυτία, *oſſa*, ab ὀϛᾶ, *reſima* à ῥετίνη &c.

Y in

A. AEoles pro κυλίω dicunt καλίω. Latini ſimiliter in uſurpandis eorum vocibus, ut: *calix* eſt à κύλιξ, *canis* κυνός, *madeo* μυδάω &c.

E Latinum; ſic *Ibex*, *remus*, *moneo* &c. ſunt à Græcis vocibus ἴβυξ, ῥυμὸς, μηνύω &c.

I. Apud Græcos derivata à νοῦς χροῦς, ῥοῦς, πλοῦς, & βοῦς mutant υ in ι. Sic à πρωτεύω πρωτεῖον, ab ἀριϛεύω ἀριϛεῖον, δευτερεύω δευτερεῖον &c. Latina quoque ſunt *firmus*, *fio*, *garrio*, *frigo*, à Græcis φυρμός, φύω, γαρύω, φρύγω, Y in I mutato.

O. Latinum. Nox eſt à νύξ *mola* à

μύ

μύλη *folium* à φύλλον &c.

U Latinum plurimùm. Sonat ſiquidem ac exprimit ferè, ubique; nam ſi ſcribatur Ρώμυλος, βότρυς, Κύμαι, δύο, φυγὴ μῦς & his ſimilia, Latinè reddimus *Romulus*, *botrus*, *Cumæ*, *duo*, *fuga*, *mus* &c. Græci ſimiliter U noſtrum breve per ſuum υ protulere; ut: *Fauſtulus* φαύςυλος, *Numa* Νυμᾶς.

Φ in

Π. AEolica ſunt ἄπηκεν pro ἀφῆκεν, ἀπείλκυσεν pro ἀφείλκυσεν. Itidem in ΠΣ, ut: pro φαιδρὸν ψεδρὸν, pro φθείρει ψείρει.

X

Non facilè tranſit in aliam literam, & in Dialectis Græcis perraró.

Ψ in

Σ. Ita Græcis idem ſunt ψίττα σίττα, ψίττακος σίττακος, ψάγδας σαγδας, κάψοι κάσσι &c. Interdum in BS latinum mutatur, ut in ἄραψ *arabs*, ἀψίνθιον *abſinthium*: Sed ab hac regulâ receſſere Latini, qui ori-

ri-

rigiginationem nimis habentes, per *ps* iſtius modi voces efferre quandoq; voluere, cùm alioqui dulciùs auribus inſonent per *bs*, ut de ſe patet.

Ω in

A productùm Dorienſes convertêre ita πράτιστος dicunt pro πρώτιστος, φαριαμὸς, pro φωριαμὸς σάκος pro θῶκος. Ac AEoles in participiis ſecundæ contractorum γελάν dicũt pro γελῶν, ἐλᾶν pro ἐλῶν; Bœotii ποϹειδᾶν pro ποσουδῶν, φυσᾶντες pro φυσῶντες.

I Latinum ut: Ϲγρώνιον *ſcrinium*.

U itidem Latinum βραχίων *brachium*. Plura tamen Græcis in ων deſinentia Latinis in O tantùm longum finiunt, ut: Πλάτων *Plato* Κάτων *Cato* &c. *Latini enim* inquit Vuillichius, *quod in cor finiebatur non recipiebant, ut ſuam linguam potentiorem redderent, teſte Fabio.*

III. Reſtat, ut breviter de Diphthongorum Græcarum affinitate a videmus. Igitur

Digitized by Google

μύλη *folium* à φύλλον &c.

U Latinum plurimùm. Sonat ſiquidem ac exprimit ferè, ubique; nam ſi ſcribatur Ρώμυλος, βότρυς, Κύμαι, δύο, φυγὴ μῦς & his ſimilia, Latinè reddimus *Romulus*, *botrus*, *Cumæ*, *duo*, *fuga*, *mus* &c. Græci ſimiliter U noſtrum breve per ſuum υ protulere; ut: *Fauſtulus* Φαύςυλος, *Numa* Νυμᾶς.

Φ in

Π. AEolica ſunt ἀπῆκεν pro ἀφῆκεν, ἀπείλκυσεν pro ἀφείλκυσεν. Itidem in ΠΣ, ut: pro φαιδρὸν ψεδρὸν, pro φθείρει ψείρει.

X

Non facilè tranſit in aliam literam, & in Dialectis Græcis perraró.

Ψ in

Σ. Ita Græcis idem ſunt ψίττα σίττα, ψίττακος σίττακος, ψάγδας σάγδας, κάψοι κάσοι &c. Interdum in BS latinum mutatur, ut in ἄραψ *arabs*, ἀψίνθιον *abſinthium*: Sed ab hac regulâ receſſere Latini, qui ori-

ri-

riginationem nimis habentes , per *ps* iſtius modi voces efferre quandoq; voluere , cùm alioqui dulciùs auribus inſonent per *bs*, ut de ſe patet .

Ω in

A productùm Dorienſes convertêre ita πράτιστος dicunt pro πρώτιστος, φαριαμὸς, pro φωριαμὸς σάκος pro θῶκος. Ac AEoles in participiis ſecundæ contractorum γελάν dicũt pro γελῶν, ἐλᾶν pro ἐλῶν; Bœotii ποσειδᾶν pro ποσουδῶν, φυσᾶντες pro φυσῶντες .

I Latinum ut : σγρώνιον *ſcrinium*.

U itidem Latinum βραχίων *brachium* . Plura tamen Græcis in ων deſinentia Latinis in O tantùm longum finiunt , ut : Πλάτων *Plato* Κάτων *Cato* &c. *Latini enim* inquit Vuillichius , *quod in cor finiebatur non recipiebant , ut ſuam linguam potentiorem redderent , teſte Fabio.*

III. Reſtat , ut breviter de Diphthongorum Græcarum affinitate a videmus . Igitur

AI

Digitized by Google

AI mutatur in

A, amiſſo I; ſic AEoles Θηβαῖος dicunt θηβάος, pro ἑταῖρος ἑτάρος, pro Ἀλκαῖος Ἀλκάος. Maximè vero locum hæc habet commutatio in Præter. baryt. ut: φαίνω πέφαγκα; & eorundem verborum futuris ut: φαίνω φανῶ. *Atrium* latinè eſt à Græco αἴθριον teſte Scaligero.

E. Ita γναῖα Græcis dicitur γέα: Latina quoque ſunt hæc *Citheron*, *venio*, *oleum* à Κιθαίρων, βαίνω, ἔλαιον.

I Latinum: σπαίρω *ſpiro*.

AY.

Nullam affinitatem agnoſcit ſive cum vocalibus, ſive cum diphthongis.

EI in

E. Jones ἀπόδεξις, & ἀποδέξασται dicunt pro ἀπόδειξιν ἀποδείξασται. Latini hoc modo tranſtulere à Græcis, *ſorbea*, *chorea*, *Alpheus*, *Calliopea*, *tres*, *conopeum* &c. φορβεῖα, χορεῖα, Αλφεὶς, Καλλιοπεῖα, τρεὶς, κονοπεῖον &c.

Digitized by Google

I Latinum, ſic: εἴδωλον εἰρωνεία, Νεῖλος, Παράδειςος Σείριος, Θαλεῖα, ἐγχειρίδιον, Ἐπιφάνεια &c. *Idolum*, *ironia*, *Nilus*, *Paradiſus*, *Sirius*, *Thalia*, *Enchiridium*, *Epiphania* &c. nobis ſunt.

EY in

U Latinum, ut in *Ruma*, *Lutetia*, *fugio*, *nuo* &c. cernitur, quæ ſunt à ῥεῦμα, Λευκετία, φεύγω, νεύω.

OE Latinum. Sic *Cœmeterium*, *Melibœus*, *mœchus*, *cœlum*, Oedipus, *Phœbus*, *pœna* translata ſunt à κοιμητήριον, Μελίβοιος, μοιχός, κοῖλον, Οἰδίπους, Φοῖβος, ποινή.

Y Bœoti pro ἐμοί, dicunt ἐμύ, & pro καλοί, καλύ, ſic *unus* eſt ab οἶνος; *brucus* à βροῖκος.

OY in

H. AEoles pro φοβούμενος dicunt φοβήμενος.

U Latinum; ſic *Bubalus*, *Luna*, *Paliurus*, *polypus*, *eunuchus*, *butyrum*, *bucephalus*, *muſica* &c. ſunt à Græcis vo-

cibus

cibus βούβαλος, λούνη, παλίουρος, πολύπους ἐννουχος, βούτυρον, βουκέφαλος, μουσική.

Ω. Doricum eſt μῶζα pro μοῦσα. Latinum βοῦς *bos*.

Et hæc quidem, quæ de Accentuum propriorum Græcorum cognatione ac literarum dicerem; neque enim longiùs progredi patitur propoſita conciſio, operiſque exiguitas. Utilia tamen hæc fore confido; quia ſi diligenter perpenderimus horum elementorum affectiones; nihil prorſus in donandis Latio Græcis vocibus inſudabimus; nec mihi opus erit hîc denuò attexere cum Jo: Tortellio *Documenta generalia orthographiæ dictionum Græcarum, quæ latinè ſcribuntur*; quod ut in illo, hoc laboris improbare non audeo, ita mihi actum agere eſſet; cùm quæ ipſe congerit, in ſuperioribus ego hinc inde prout ratio poſtulabat jam diſtribuerim. Fortaſſe quid erit à nobis prætermiſſum, quòd eruditioni inſervire potuiſſet; ſed fatebor, & ipſe cum VValfrido Strabone, *me nec reperiſſe cuncta, quæ; dilucidare cupivi, nec cuncta potuiſſe quæ reperi; cùm & rerum magnitudo ſciendi cupiditatem ſuccenderet, & diverſitatum confuſio faſtidii nimietatem præberet. Habebit tamen in his Lectoris mei curioſa veſtigatio, etſi non copiam*

piam ſatietatis, quà delectetur, qualemcumque tamen inquiſitionis, quâ melius exerceatur.

IV. Dixeram cap. 9. me de pronunciatione τῦ H alibi pluribus verba facturum; judiciumque ſimul meum prolaturum; Hoc tamen hucuſque, etſi toties ſeſe obtulerit occaſio, diſtuli; ne plùs juſto alicubi, quando contextus ſervandus erat, digrederer. Nunc verò dico, me pluribus de cauſis in eâ eſſe ſententiâ, quod H ut E longum proferatur. Primùm quidem quia omnes Veteres Scriptores, voces Græcas ſi quando in Latium trāſtulere, H perpetuò per E noſtrum reddidere; ut patet in exemplis ſuprà hoc ipſomet capite adductis, ubi de affinitate τῦ H ſermo fuit; & contrà Græci noſtras per E longum in H ſuum. Secundò quia ſummi viri, & ad miraculum docti ita tenuerunt, docueruntque; puta Jo: Laſcarus, qui in epiſtolâ ad Petrum Medicem non ſemel affirmat; Aldus qui in Parergo *de vitiatâ vocalium, ac diphthongorum prolatione* hæc habet: *H præterea non I, ſed E longum ſonare debere oſtendit etiam Euſtathius in Homerum inquiens:* βῆ μιμητὸν τῆς τῶν προβάτων φωνῆς. Idem. Βῆ, βῆ φωνῆς προβάτων σημαντικόν, καὶ φέρεται παρ' Αἰλίῳ Διονυσίῳ χρῆσις Κρατίνου τοιαύτη. Ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει. *Oves verò non* Vi Vi, *ut nunc* βῆ βῆ *barbarè pronunciamus, ſed* be be *balant*. Adde Lipſium, qui, ut multa omittam, de pronunciat. L. L. c. 7. explicans illud Auſonii

Eta

puer didicerat. Ex recentioribus tandem enixè hoc pronunciandi genus tutati ſunt Voſſius in ſuâ Grammaticâ Græcâ, ac in Ariſtarcho, Joſeph de Juliis, Octavius Boldonius, aliiſque ſexcenti, quos piget recenſere; & quidam Baſileæ anno 1587. tractatum evulgavit de Germanâ Linguæ Græcæ Pronunciatione, ſub nomine Philopappi Huralthoſpitaliorum, ubi iſthæc enunciatio validè aſſeritur.

De connexione Literarum Latinarum, ac Græcarum, earumque disjunctione.

CAPUT XVII.

I. Conſideratâ literarum cognatione, fas erit ad illarum connexionem, atque disjunctionem deſcendere: Sunt enim ex ijs, quæ non omnibus amant præponi; aliæ, quæ non poſſunt ſubſequi in eâdem ſyllabâ; ita ut quædam principes ſint, quibus cæteræ famulentur. Et quia ex hujus connexionis cognitione recta ſyllabarum diviſio omnino dependet, quæ Orthographi præcipuum munus eſt; ideo de illis accuratiùs agere non pigebit. Porrò in omnes vocales, ac diphthongos ſyllabam poſſe finiri certiſſimum eſt;

Digitized by Google

ſed conſonantibus diſcrimen eſt.

B. in eâdem ſyllabâ connectitur cum D,L,R, ut: *bdelium*, *blandus*, *bravium*.

C. præponitur L,M,N,R,T,TR, ut: *claudus*, *Alcmena*, *Cneus*, *crebro*, *Cteſias*, *victrix*. *&c.*

D. antecedit M,N,R, ut; *admirabilis*, *Ariadne*, *dropax &c.*

F. præit L,& R, ut: *fletus*, *frigidus* &c. Unde Maurus Terentianus:

L. ſibi primam atque quartam ſemivocalis poteſt R
Subdere, iſta quam loquebar quando flabra, & floſculus,
Fratrem item, frugem, atque frondem, fraudemq; atque talia.

G. quoque L, D, N, R. ut in *gloria*, *amygdalus*, *agnus*, *gratus &c.*

H. nulli conſonantium præponitur.

L. Secunda ex liquidis ſequitur poſt B, C, F, G, P, ut: *blandus*, *clemens*, *flumen*, *gleba*, *platea*; in Græcis verò T pariter anteponitur. Terentianus F non animaduertit.

L primam, atque quartam, exemplis palam quod nunc erit R
Namque b, c, g, *deinde* p *priores ponere*
Singulas poſſis, ut uda prima, ſic ſubjecta ſit L.
Blandior *quom dico* cludo, gleba, plebs, *aut* Plinius
*D cum hac nunquam coibit;*q *magis numquam poteſt:*

T po-

T poteſt ſiquando Græca miſta ſunt vocabula
Tlepolemus, Atlas, *nam ſolemus inveni-
re in verſibus.*

M tertia liquida ubi præcedat docet memoratus Poëta;

M. & ſecunda pene ſolis convenit vocalibus;
Seu loco prior locetur, ſeu jugetur alteri,
Mane *cùm dicis, vel* umbra, menſis, ambo, *& talia.*
N, tertiam udam ſibi videtur poſſe ſolam jungere.
Sic tamen non priore, ſed ſequenti ſyllabâ,
Omnis *vt dicas, vel* amnis, *uda quæque cùm ſequi*
Alteram non poſſit udam, dum ſit una ſyllaba;
Omnis uda cùm gemella rite conjungi queat;
Gallus *ut, vel* Ammianus, annus, *&* Tyrrhenius;
Nec ſecùs mutas videmus poſſe geminas currere
Obba, *&* ecce, redde, *&* agger, *at juſque, &* Appius.
M. hanc tamen Græcus ſecundam tertiæ ſic preficit N.
Syllaba prima latinè quod nequire diximus:
Quando μνήμην, *atque* μνᾶσθαι, *dictitatque* μνεσθέα.
M. interim compellis illam ἄλτα *nunc, nunc* ταῦ *ſequi*

Δμαῦμας, & τμῶλον *videmus nanque Græca nomina.*

N. tertia uda ſemper ſervit. De eâ Terentianus:

N tertia uda ſic videtur poſſe mutam ſequi;
Graja verba quando in uſum ſermo noſter ſuſcipit;
Gnoſios *ſi dicere arcus, inſulam aut* Gnidum *velis,*
Scribimus prænomen unum, & c *quidem præponimus*
G tamen ſonabit illic, quando Cneum *enuntio:*
Aſperum quia vox ſonore leviore interpolat;
Vel priores g *Latini nondum ab apice finxerant.*
Cajus *prænomen proinde C notatur, G ſonat &c.*

P. antecedit L, N, R, S, T. ut in *pluvia, pneuma, prudens, pſallo, Ptolemais &c.*

Q. perpetuò ſervit.

R. ſequitur poſt B, C, G, D, P, T. ut: *Bravium, Crux, grex, draco, preco, trabs &c.* Sic Poëta ſuprà citatus

R. uda quarta præter iſtas cæteris non ſubditur
B, C, G, D, T, P.

S. præponitur C, CL, M, Q, P, PL, PR, T, TL, TR, ex. g. *ſcamnum, ſclopus, ſmaragdites, ſquamoſus, ſpatium, ſplendidus, ſpretus, ſtatio, ſtlembus, ſtragulum,* Terentianus Maurus:

S. Admonet nunc ordo ſextam ſemivocalem ſequi,

Qod

Digitized by Google

Quod ſonum vobis miniſtrat σῖγμα *quod Græcis ſolet.*

Vivida hæc eſt inter omnes, atque denſa litera:
Α'ρκτικὸν *Græci vocârunt, adſeruntq; exordiis:*
Et probant mutis eandem pene cunctis præfici;
Quon σβέσιν, σθένος *que dicunt,* σκῆπτρον, *&* *quando* σπάθας*:*
Στέμμα *dicunt,* σφίγγας, *atque* σχήματα, *atque udæ quoque*
M poſſe præponi ſecundæ; ſic apud Grajos vides
Σμῆγμα *ſi quando, aut* σμάραδον, σμήγιον *vel nominant.*

T. antecedit L, M, N, R, ut: *Tlepolemus, tmeſis, ætna, tremulus.* Maurus,

T. poteſt (coire) *ſi quando Greca miſta ſunt vocabula:*
Tlepolemus, Atlas *nam ſolemus invenire in verſibus.*

II. Quantum ad ſyllabæ terminationem quoad conſonantes B ſequente alio B eſt terminalis, ut; *abbrevio abbatiſſa &c.* Tres dictiones tantummodo ſunt quæ in hanc cadant, *ob, ſub, ab*, quæ præpoſitiones in compoſitione frequenter corrumpuntur.

C terminat ſyllabam ſequente C, ut: *accurre, accubo, acclinis &c.*

D. ante aliam D, ut: *adduco, addubito &c.*

F. ſequente alio F, ut: *affluo, affigo, affirmo &c.* ſed ex ſuâ naturâ verè hic non finit. Ponitur enim, ut inquit Vvillichius, ex cognatio-

ne aut pro B, aut D, aut X, in præpoſitionibus; pro B ſtat in *ſuffulcio*; pro D in *affero*; pro X in *efficio*.

G nihil claudit ſuâ ipſius naturâ, exceptis apocopatis, ut: *veſperug*; apud antiquos.

H per Apocopem in his invenitur, *ah* pro *aha*; *vah* pro *vaha*.

K nihil finit.

L qualibet conſonante ſequente exceptis Q, R, K.

M ante B, ut: *ambo*; ante P, ut: *imperium*; ante M, ut: *immunis*.

N ante C, D, F, G, N, Q, R, S, T, X, J, & V conſonantes: *incendium*, *indicium*, *influxus*, *genium*, *innuo*, *inquiro*, *Henricus*, *mens*, *intra*, *Lynx*, *injuſtus*, *invitus*.

P ante P, ut: *Philippus*, *appareo*, *appello &c.*

R præit cuilibet ex conſonantibus dempto K.

S ante ſeipſam, ut: *eſſentia*, *eſſe*. &c. Cum aliis fere connectitur.

T ante T, ut: *attollo*, *attexo &c.*

X in medio dictionum nihil claudit.

Z dictionum peregrinarum capite magis gaudet, unde *Zmirna*, *zmaragdus*, in vett. monumentis legi docet Capella lib. 3. c. de Mutis.

III. His prænotatis facile cuiquam erit ſyllabas inter ſcribendum aptè diſcriminare; ſi enim noverit quæ literæ ſyllabam terminent,

nent, quæ non, quæve in eâdem copulentur ſyllabâ; quæ nequeant conjungi nullo negotio diſterminabit. Quia verò omnibus hæc ſcribimus; placet in adoleſcentium gratiam paucos hos canones ſubjungere, quibus meliùs iter explanetur; contrà quos nullatenus peccare oportet.

1. Conſonantes omnes, quę initio dictionis poſſunt conjungi, in medio non debent ſeparari: quare

Neſtoris *ſi fortè nomen dividendum incurrerit*;
N, *&* E *versûs prioris obtinebunt extimum*;
Sigma *versûs inſequentis, atque* Tau *exordium*;
Nos tribus mutis eandem poſſumus præponere;
Nulli quom ſic poſſit ante ſemivocalis dari,
Scuta *nâque* ſpatia *dico, atque hoc genus &c.*

Ita ſe habet in his vocibus, quas ad majorem rei claritatem hîc ſubnectere non inutile quidem, atque injucundum putavimus.

he -- bdomas		bdelium.
Pyra -- cmon		κμητὸς.
do -- ctus		Cteſipho.
A -- dmetus	dicitur	δμηΐω, dmois.
a -- gnus	namque	gnatus
o -- mnis		Mnemoſyne
na -- phtha		phthiſis
Thera -- pene		πνεῦμα.

 ſcri-

ſcri	-- pſi		pſittacus.
a	-- ptus.		Ptolemæus.
I e	-- sbia		σβέσις.
pi	-- ſcis		ſcindo.
Co	-- ſmus		ſmaragdus.
a	-- ſper	quia dicitur	ſperno.
te	-- ſqua		ſquallidus.
pa	-- ſtor		ſtolidus.
A	-- tlas		Tlepolemus
La	-- tmius		Tmolus.
Æ	-- tna		θνῆσις.

Excipe ſimiles his voces *Abo-dlas*, *Cy-dmus*, *My-gdonides*, in quibus *dl*, *dn*, & *gd*, quamvis in principio dictionis non reperiantur; tamen ob naturam ſoni ſic dividendas cenſet Priſcianus. Ex dicto Canone ſequitur quod Conſonæ, quæ initio vocis nequeunt aſſociari, nec in medio conjungi poſſunt; unde, *arduum*, & *orcum* cum divido *ar-duum*, & *or-cum* ſcribam, non *a-rduum*, *o-rcum*: neque enim ſunt dictiones ab *rd*, & *rc* incipientes. Idem judicium de cæteris eſto.

2. Si conſonantes geminæ occurrant, prior ad præcedentem, ſecunda ad ſubſequentem pertinet ſyllabam, ut: *ſum-mus*, *an-nus*, *red-do*, *ec-ce* &c.

3. Si conſona inter duas vocales ſita ſit; tunc pertinet ad poſteriorem, ut: *o-dor*, *ve-ridicus*, *le-git*, *a-mat* &c.

4. In compoſitis tandem vocibus unaquæ-

que

que pars ſejungitur, ut: *ab-do, in-ers, ab-ſtemius, tranſ-alpinus*; non *a-bdo, i-ners, ab-ſtemius, tran-ſalpinus*. Nec obſtat quod voces incipientes ſint à *bd, ne, ſt, ſa*. Eadem lex in Græcis ſervatur; ut in ἐκ-ρέω, ἐξ ἄγω quia ſunt ab ἐκ, & ῥέω, ab ἐξ & ἄγω. Sed audiamus Quintilianũ l. 1. c. 8. *Eſt etiam in dividendis verbis obſervatio, mediam literam conſonantem priori, an ſequenti ſyllabæ adjungas: Aruſpex enim, quia pars ejus poſterior à ſpectando eſt, S literam tertiæ dabit: abſtemius, quia ex aſtinentiâ temeti compoſita vox, primæ relinquetur*.

Neque verò Veteres Inſcriptiones hiſce generalibus præceptionibus officient, quòd aliter à preſcripto exprimãt; Latomorũ enim imperitię dandum videtur. Ita in Ponte Salario legitur *Uſ-que*. Ad S. Luciæ in Silice: *Se-xtilius*. In Domo Cæſiâ: *He rculi*. Apud Iſaram fluivum: *Sat-urnini*. Oſſonobæ in Luſitaniâ: *ex D-ecreto*. Sittardiæ: *Qu-adriviis*. Et alibi id genus ſexcenta: Et mirandum ſanè videtur, tantam inſcitiam, vel incuriam ſaltem fuiſſe in publicis monumentis, quæ non curſim calamo in paginis, ſed ſcalpro incidebantur in marmore.

IV. Prò Italicâ ſcripturâ aliquid pariter notare placet; videlicet:

1. Una ſyllaba, quæ vocem ex ſe componat, ut; *và, fà, già*, quamvis pluribus conſtet literis, nunquam dividitur: voces enim in

Digitized by Google

ſyllabas dividuntur; non verò ſyllabæ in literas non habentes ſonum niſi in ſyllabæ compoſitione: quâ ratione *ſtrappare*, cujus prima ſyllaba quinque numerat literas, ità dividitur: *ſtrap-pare*.

2. Si tres conſonãtes ſimul erũt diverſę, quarum prima non ſit S, antecedenti vocali una tantùm dabitur. Harũ verò, ut videtur, prima eſſe ſolet L, M, aut N; & ultima R. v. g. *al-tro*, *ſcal-tro*, *ol-tre*, *col-tre*, *veltro*, *am-bra*, *om-bra*, *em-brice*, *im-bruna*, *en-tra*, *con-triſta*, *in-groſſa* &c.

3. Diphthongi, quæ apud Italos ſunt *au*, *ia*, *ie*, *io*, *iu*, *eu*, *va*, *ve*, *vo*, nunquam ſecantur; quamvis enim duabus vocalibus conſtent, unicam tamen ſyllabam componunt: & unicum ſonum faciunt: ideò non ſcribemus *pi-acere*, *pi-eno*, *pi-ove*, *pi-uma*, ſed *pia-cere*, *pie-no*, *pio-ve*, *piu-ma*. Nec *e-uro*, *qu-eſto*, *cu opre*, *qu-adro*, *hu-omo*; ſed *eu-ro*, *que-ſto*, *cuo-pre*, *qua-dro*. Neque in fine vocis *occhi-o*, *vecchi-o*, *travagli-o*, *macchi-a*; ſed *oc-chio*, *vec-chio*, *trava-glio*, *mac-chia*. Idem dicendum de monoſyllabis *può*, *già*, *diè*, *più*, *quì*, *quà* &c. Quoad triphthongum verò, quæ unica eſt apud Italos, nempe *Ivo* errant qui dividunt ſcribendo v. g. *figli-uolo*, vel *figliu-olo*, quoniam hæc vox trium ſyllabarum eſt, quarum ſecunda *gliuo*: ſic *giuo-co*, *bemic-ciuo-lo*, *uſ-ciuo-lo*, *pa-juo-lo*.

4. Falluntur qui putant *au* in *a-vuto*, *ou* in *dovuto* diphthongum eſſe: prima enim V conſo-

ſonans eſt, non vocalis; ſcribendum ergo *a-vu-to, do-vu-to &c.*

De literarum apud Romanos Compendiis: Obiter quædam de Cifris, ac Monogrammatibus.

CAPUT XVIII.

I. TRiplex omninò veteribus, nobiſque ſcripturæ genus. Vel enim plus ſcribitur, vel æquè ſcribitur, aut minus ſcribitur. Plus ſcribitur, cùm neceſſariis otioſas interponimus literas. Æquè ſcribimus, cùm totidem utimur elemẽtis, quot ad percipiendum ſcripturæ ſenſum vulgò neceſſarias ducimus. Minus ſcribitur cùm una, duplex, aut triplex litera pro integrâ voce ponuntur. De hoc tertio genere nobis in præſenti præcipuè ſermo eſt; talesque literas pro voce integrâ ſtantes *compendia*, ſeu *notas* dicimus; quia dictionem coarctant ad pauciora elementa; aut defectum notant. Hæ notæ generaliter ſumptæ *ſigla*, *ſigilla*, ſeu *ſigillæ* (ſi intelligantur Literæ) *ſingulæ* à Cicerone pro Murenâ, *ſingulariæ* à Gellio lib. 17. c. 9. appellantur. Quidam volunt duo Notarum genera fuiſſe, quorum unum in literis poſitum, alterum in quibuſdam ſignis ad placitum efformatis. Prioris generis eſt, cùm S C. pro *Senatu conſulto*.

pro

D.pro *Digeſto*&c.Poſterioris cùm v.g. §.pro *paragrapho*, linea flexilis in modum laquei terminata ſic ∾ pro *Senatus, populuſque Romanus* &c. ſcribimus. Nomine *Notæ* propriè hoc ſecundum genus venire tenet Cujacius lib.2.obſervat.c.40.& Voſſius pluribus in locis; monſtratque Janus Gruterus in epiſtolâ 90. Senecæ. Sanè à Dione libr. 55. dicuntur σημεῖα γραμμάτων à Cicerone libr. 15. ad Att. Quintil. libr.12. cap.2. *Imagines* vocat, *ſigna* quoque ab Ovid.4.Triſt. eleg.4. Lambino in Horat. Sat.4. lib. 2. S. Hieronymo ad Julianum, & epiſt.ad Principiam. Primum genus notarum ſic definio: *Coarctiones plurium literarum unâ tantùm literâ, vel pluribus etiam integram dictionem includentes.*

II. De Notarum uſu, ac Inventoribus nihil certi profectò ex auctoribus expiſcari poteſt: Alii inventum Romanorum, alii Græcorum faciunt; Raderus verò Hebræorum. Porrò Valerius Probus, qui de Notis Romanorum interpretandis ſcripſit, de uſu hæc habet: *Apud veteres, cùm uſus notarum nullus eſſet, ſcribendi facultatem maximè in Senatu, qui aderant ſcribendi, ut celeriter comprehenderent; quædam verba, atque nomina ex communi conſenſu primis literis notabant, & ſingulæ quid ſignificarent in promptu erat. Quod in nominibus, prænominibus, Legibus publicis, Pontificumq; monumentis, Juriſq; Civilis libris etiam nunc manet. Ad quas notas acceſſit,*

Digitized by Google

ceſſit, & ſtudioſorum voluntas, ut unuſquiſque familiares ſibi notas pro voluntate ſignaret. Iſidor. lib.1. Orig.c.21. docet, Ennium vulgares notas mille & centum inveniſſe. Poſtea Tullius Tyro Ciceronis libertus commentus eſt Notas præpoſitionum. Deinde Philargyrus Samius (ſeu Perſannius) & Aquila Mæcenatis libertus quod inchoatum à priſcis, imperfectumque invenerunt, poliverunt, ornâruntque, & in eum reduxerunt ſtatum, quem vera ars requirit. Lucius Annæus Seneca, contractis omnibus, digeſto, & aucto numero, eas ad quinque millia extendit; ut refert Petrus Diaconus Mon. & Bibliothecarius Caſin. qui floruit circa annum nongenteſimum Chriſti, in proloquio ſui libri de Notis, quem Conrado I. Imperatori inſcripſit. Et quidem adeo exculta fuit hæc ars, ut Notariorum celeritas, & calamus perorantem ſæpè ſepiùs, ac loquentem expectaret: ut deducitur ex hoc Senecæ ep. 90. *Quid* (ſupple loquar) *verborum notas, quibus quamvis citata excipitur Oratio, & celeritatem linguæ manus ſequitur?* Tali pacto excepta fuit Catonis Oratio, quam adverſus Cæſarem de ſociis Catilinæ habuit; ut monet Plutarchus. Per notas quoque confecta Homeri Ilias, quam intra nucis putamina ſtetiſſe aſſeruit Solinus Polyſtor. Jo: Trithemius ſe in Bibliothecâ Argentinâ Pſalterium Davidicum talibus notis conſcri-

ſcriptum vidiſſe teſtatur. Hujuſmodi Notarum Scriptores à Manilio libr. 4. commendantur;

Ille & Scriptor erit felix, cui litera verbum eſt;
Quique notis linguá ſuperet, curſumq; loquentis
Excipiet longas nova per compendia voces.

III. Literarum itaque compendia Romanis potiſſimùm verſabātur circa Prænomina; quare optimum erit in primis aſſignare quotnam fuerint apud ipſos; quibus præcognitis quamcumque compendiariam notam extricabimus. Valerius Max. lib. 10. ſuorum operum ultimo, cui titulus *de Prænominibus, cognominibus, & agnominibus*, ex Varronis ſententiâ tradit, Prænomina ad triginta fuiſſe; *Agrippa, Appius, Aulus, Cæſo, Cajus, Cneus, Decimus, Hoſtus, Lucius, Mamercus, Manius, Marcus, Numerius, Opiter, Poſthumus, Proculus, Publius, Quinctus, Seruius, Sextus, Spurius, Tiberius, Titus, Tullus, Vbius, Volero, Vopiſcus, Peregrina fuere, Ancus, Aruns, Lat, Lucumo, Metius, Numa, Petro, Pompo, Sertor, Tallus, Turnus, Voluſus.* Nominum etymon dabit Feſtus, Varro lib. 7. de L. L. quique ex iis ſumpſit, Aldus. Antiquitus ſcribebantur ſingulis literis quemadmodum ſentiunt Plutarchus, & Soſipater, ut; *A. Aulus. K. Cæſo. C. Cajus. Q. Quinctus. D. Decimus. L. Lucius. M? vel M; Manius. M. Marcus: N. Numerius. P. Publius. T. Titus*; indèque vel binis literis ſcripta, ut: *Ap. Appius; Cn, Cneus,*

Sp.

Digitized by Google

Sp. Spurius, Ti. Tiberius &c. vel ternis, ut: *Mam. Mamercus*; *Sex. Sextus*; *Ser. Servius*; *Tul. Tullus* &c. Cajæ Prænomen, quod commune omnibus Mulieribus fuit, Ↄ inverſâ ſcribebant: contraque Viris C. Multa præter cæteros de his tradunt CCL. VV. Carolus Sigonius, & Alexander ab Alexandro; quæ cùm hujus loci omninò non ſint, miſſa facimus: eos tamen conſulere optimum erit.

IV. Fuerunt præterea alia permulta Literarum compendia ab antiquis uſurpata, quæ in medium afferre omnia longum foret. Videri poſſunt apud Valerium Probum, quem Claudius Dauſquius illuſtravit Orthogr. vet. & nov. part. 1. tract. 6. Sertorius Urſatus integrum de ipſis volumen dedit: in quo earum interpretationes quotquot reperiri potuerunt, collegit, obſervationes adjecit. Plura etiam Roſinus, ac Fabrettus notavit, quorum aliqua referenda ſunt ad inſcitiam Sculptorum, qui characteres deformârunt, potiùs quàm formârunt. Eadem fermè refert Octavius Scarlattinus in ſuo libro Italicè inſcripto *L'Huomo figurato, e Simbolico*: & nonnihil habetur in Theſauro Linguæ Latinæ initio cujuſcumque Literæ alphabeticæ, in Onomaſtico Laurentiano, & alibi. Nos hîc aliqua uſitatiora ſeligimus ad Lapidum, Auctorumque intelligentiam perneceſſaria, ac præſenti ſerie digeſſimus.

A.

Digitized by Google

A. Auguſtus, *vel* Aulus, *vel* aut, *vel* aliquando, *vel* ager, *vel* agrum, *vel* ajunt.

AA. Auguſti, *vel* Auguſtæ.

AA Auguſtalis.

A. A. Apud agrum, *vel* Aurum, Argentum.

A A A. Auguſti.

A. A. A. F. F. Ære, argento, auro, flato feriundo, *vel* flavo feriundo.

Ab U.C.	Ab Urbe conditâ.
Æ R. P.	Ære publico.
Aur.	Aurelius.
B. R.	Bono Reipublicæ.
B. P. N.	Bono publico natus.
Cod.	Codice.
Codd.	Codicibus.
Coſ.	Conſul.
Coſs.	Conſules.
Cic.	Cicero.
C. I. C.	Cajus Julius Cæſar.
C S. A.	Cæſar Auguſtus.
D. M.	Deo Maximo.
D. O. M.	D. O. M.
D. D. D.	Donat, dat, dedicat.
D. C. A.	Divus Cæſar Auguſtus.
D. M. S.	Diis manibus ſacrum.
D. Rm.	De Romanis.
D. V.	Devotus vir, aut Diis volentibus.
F. H.	Filius Hæres.

H.

Digitized by Google

H. S. vel L. L. S. Seſtertium.
H. S. E. Hîc ſitus eſt.
I. L. Iure legis, *vel* in loco, *vel* juſta lex.
I. L. D. In loco Divino.
I. L. P. In loco publico.
I. L. R. In loco religioſo.
I. L. S. In loco ſacro.
Im. Immortalis.
Imp. Imperator.
I. P. Iuſta perſona, *vel* Iuſtus poſſeſſor, *vel* in poſſeſſione, *vel* jus Pontificium.
I. R. Ius Romanum
I. R. Iuribus Romanorum.
I. S. Iudicium ſolvi, *vel* in Senatu, *vel* judicio Senatus, *vel* judicium ſolius, *vel* judicatum ſolvi.
I. S. C. In Senatu conſulto.
I. S. D. In ſeris dis.
I. S. S. Inferius ſcripta ſunt.
L. P. Lex publica.
L. Ag. Lex Agraria.
L. AP. Ludus Apollinaris.
Lib. Libertus.
M. T. C. Marcus Tullius Cicero.
M. S. P. Memoriæ ſuæ poſuit.
Max. Maximus.
MSSis Manuſcriptis.
MSS.º Manuſcripto.
Mut. Mutius.
M C. Mancipium.

Digitized by Google

M. Q.	Memoriæque
N. F. N.	Nobili Familiâ natus.
NBL.	Nobilis.
N. C.	Nero Cæſar.
OR. M.	Ordo Militum.
OPT.	Optimus.
OM.	Omnium.
OMA	Omnia.
O. H. S.	Oſſa hîc ſita ſunt.
PL.	Plebis.
Publ.	Publius, & Publicus.
Pon.	Pontifex.
Præ.	Prætor.
P. P.	Pater Patriæ.
P. C.	Patres conſcripti.
P. F. P.	Perpetuam felicitatem precatur.
Proc.	Proconſul.
Prid.	Pridie.
Pop.	Popilius.
Pom.	Pompeius
Pat.	Patritius.
Qu.	Quirinalis.
Quir.	Quirites.
Q. M.	Quinctus Maximus.
R. P. & Reſp.	Reſpublica.
R. C.	Romani Cives.
R.^{ms}	Romanus.
Reg.	Regio.
S. D.	Salutem dicit.

S. P.

Digitized by Google

S. P.	Salutem precatur.
S. P. D.	Salutem plurimam dicit.
S.V.B.E.E.Q.V.	Si vales bene eſt ; ego quidem valeo.
S. P. Q. R.	Senatus PopuluſqueRomanus.
Ty.	Tyberinus.
ꟻ M.	Termæ.
TM. DD.	Termæ dedicatæ.
Val.	Valerius.
V. I. D.	Utriuſque Iuris Doctor.
V. S. C.	Voti ſui compos.
V. C.	Vir clariſſimus.
VV. CC. &c.	Viri clariſſimi &c.

V. Notabis quod in Compendiis ultimam literam geminare interdum ſolemus, ut monſtretur pluralis numerus. ex. g. *lap. vet. Coſ.* &c. notant *lapidem, veterem, Conſulem: lapp. vett. Coſs. lapides, veteres, Conſules*, ſi autem triplicetur, tres denotantur, ut Imppp. Cæſſſ. Auggg. Potuiſſem apponere Nummos, & vetuſtas Inſcriptiones, ex quibus prędictæ ſeriei compendia excerpi: Verùm pene ſupervacaneum videtur; cùm ubique obviam eſſę poſſint apud auctores, qui de Numiſmatibus egerunt, ut ſunt Jo: Hurduinus, Andreas Morellus in *ſuo ſpecimine Rei Nummariæ antiquæ*, edit. Pariſ. 1683. Jo: Daniel Majoris *de Nummis Græcè inſcriptis*, Jacobus Ozc-

lius *in Theſauro Numiſmatum antiquorum* edit. Amſt. 1677. Carolus Patinus, Bizot in ſuo libro inſcripto Gallicè, *Hiſtoire Metallique de la Republique d'Hollande.* Jacobus Spon Artis Medicæ Doctor, qui in ſuo Itinerario Gallicè deſcripto, plurima profert monumenta anti quorum, à pag. ſcilicet Tomi primi 315. uſq; ad finem; & ſecundi à pag. 325. uſque ad 489; ut taceam de jis, quorum meminit ad Lectorem inibi: 500. ſcilicet Græcorum, aliorumque de Urbe Româ ad volumen uſque excreſcentia. Cavebit quiſque, ne in hiſce compendiis, unum pro alio accipiamus; & dum fieri divinatores volumus, corrumpamus quod ſanum eſt. Omnes enim ferè depravationes, quibus in tollendis tot eximia deſudant ingenia, non alio ex capite ortas puto, quàm ex Librariorum in legendo inſcitiâ: dum non intelligendo pro arbitrio ſuo mutârunt. Unde meritò illis Symmachi lib. 1 ep. 18. debetur elogium, *negligentes veritatis* appellari. Accidit enim, ut qui Notarum compendiis libros deſcribebant Antiquarii; cùm multa eſſent, quæ ægrè exarari poſſent, innumera in libros inveherent menda; ſenſumque auctoris ſæpe inverterent: quod in jis maximè, qui de rebus myſticis agunt, eveniſſe obſervat Hieronymus ep. 59. ad Avitum cap. 1. his verbis: *Difficilè grandes libri de rebus Myſticis diſputantes, notarum poſſunt ſervare compen-*

pendia, præſertim qui furtim, celeriterq; dictantur: ita in illis confuſa ſunt omnia, ut & ordine in pleriſque, & ſenſu careant. Sed vetus eſt ſtudioſorum iſta querela, cùm teſtetur ad Atticum Tullius ſuâ ætate libros Latinos adeo mendosè ſcriptos, ut neſciret quò ſe verteret. Laudabiliter itaque ſancitum à Juſtiniano Imperatore lib. 1. Cod. Tit. 17. de Vet. Jure enucleando Leg. 1. ut vocabulis integris ſcriberetur non per Sigla, aut Notas, ut rixarum, dubiiq́ue occaſio tolleretur. A Græcis libris non minori laude ſuſtulit Notas Imperator Baſilius, uti Cedrenus pag. 467. auctor eſt.

VI. Neceſſitas evicit, ut non omnino deperiret Notarum uſus; quin etiam apud nos quædam remanerent veſtigia: Amanuenſes ſiquidem dictantis verba excepturi, cùm linguâ longè tardiores ſint; conati ſunt quædam verba decurtando minus ſegniores eſſe. Has vulgò *Abbreviature* dicimus, de quibus perpetuum quid ſtatui nequaquam poteſt; cùm plerumq́ue ex Scriptoris arbitratu ſint: nihilominus ſunt quædam communiter accepta, quibus & Typographi interdum uſi ſunt. Primùm igitur dictiones omnes in US exeuntes breviantur hoc pacto: *ſermonib.ꝰ, quib.ꝰ &c.* quæ in TUR deſinunt, ſic: *amant̃. legunt̃*: quæ in RUM ita: *beneficioꝝ, tempoꝝ*: quæ nomina in patrio creſcunt in ONIS ſic: conc⁊onis, demonſtrōnis, deprecōnis. Se-

cundo peculiares quaſdam voces ſic breviatas reperies: ſm, *ſecundum.* ēt, *etiam.* ℣, *verſus,* ℟. *reſponſorium.* ꝓ, *pro.* ꝑ, *per.* pʼ ſeu p̄ *præ.* q̄m *quoniam.* ꝯ, *con.* ꝯᵃ *contra.* q̄, *quæ.* ꝗ, *qui,* Am̄, *Amen.* rō, *ratio.* q; *que* enclitica. oīs, *omnis.* q̄d, *quod.* fr̄, *frater*, etſic in obliquis frēs, frūm, *fratres, fratrum.* ꝓꝑ, *propter.* inq̄t, *inquit.* dn̄r, *dicuntur.* dr̄, *dicitur.* Chrūs, *Chriſtus.* cōis, *communis.* ſpūs, *ſpiritus.* p̄t, *poteſt.* aīa, *anima.* qn̄, *quando.* n. *enim.* q̄s, *quis.* qā, *quia.* tm̄, *tamen.* igr̄, *igitur.* tp̄s, *tempus.* dnūs, *dominus,* nr̄, *noſter*, oīpotens. *omnipotens.* ſn̄ia, *ſententia,* bn̄ficia. beneficia vr̄a, *veſtra.* pr̄, *pater.* pribus, *patribus.* tꝑibus, *temporibus.* hō, *homo.* pr̄, *probatur.* mt̄r, *materialiter.* for t̄er, *formaliter.* reſp̄r, *reſpondetur &c.* Præterea lineola (—) ſupra vocales, aut etiam conſonas poſita ſtat pro M, aut N, ut: *multū, levamē, ſum̄us.* Hæc omnia obſervare mihi licuit tum ex libris apud Junctas impreſſis, tum ex eruditiſſimo Joanne Caramuele in ſuâ Logicâ ſcriptâ, & ex Chirographis Pontificiis, quæ Bullas, ac Brevia vocant.

VII. Monogrammata quoddam notæ compendiariæ genus ſunt; per ea ſiquidem deſcribuntur nomina per compendium, certiſque literarum implexionibus concinnantur, ita ut magis intelligi, quàm legi promptum eſſet; ut ait Symmachus: qui mos non nuperus fuit, ut ex Plutarcho in Catone deduco.

Digitized by Google

duco. De his hæc habet Hrabanus Maurus Abbas Fuldenſis de Inventione linguarum: *Literæ monogrammæ ſcriptæ nonnullis in locis inveniuntur, ubi pictura cum muſæo in pariete imaginis, aut in velis, vel alicubi aliter facta fuerit, ibi eorum nomine cum congerie literarum unum characterem pictores facere ſoliti ſunt, quod monogramma dicitur.* Horum exempla vide apud Octavium Stradam exhibentem monogramma Marciani Imperatoris; Nicolaum Alemannum lib. de Lateranenſibus Parietinis c. 3. Adriani I. Paſchalis I. Nicolai I. Xiſti III. Leonis III. Franciſcum Meneſtrier op. de Armis, & Inſignibus. Denique paſſim Romæ inviſuntur, tum ad S. Praxedis, tum in Baſilicis Liberianâ, & S. Clementis, Nerei, & Archillei &c. Conſulatur etiam Ughellii Italia Sacra, & Carolus Dufreſne in Gloſſario.

VIII. Quod dicendum eſſet de Cifris, Ziphris, aut Chilfris, habuiſti ſuperiùs diverſo quidem nomine, non diversâ configuratione. Pertinent enim omninò ad ſecundum illud notæ genus, quod in literis minimè poſitum eſt; quod idem eſſe de Cifris docuit Pedius lib. 25. Franciſcus Polletus lib. 5. de foro Romano cap. 12. Cujacius lib. 12. cap. 10. Jo: Bernartius ad 1. Silvarum Statii &c.

Digitized by Google

De Numeris Romanorum, ac Græcorum per literas expreſſis.

CAPUT XIX.

I. VEteribus numerandi rationem per literas, aut Arabicas, ut vulgò dicimus, notas, prorſus ignotam extitiſſe, ex eo manifeſtum redditur, quòd, ut ſcribit Plinius l. 7. cap. 40. Romani Conſulares annos clavis fixis notare conſueverunt. *Annales*, inquit, *antea in clavis fuerunt, & per numerum clavorum fixorum fuerunt anni numerati, quòd raræ literæ eo tempore fuiſſent, idcircoq; clauum ex lege vetuſtâ figebat Prætor Maximus, dehinc à Conſularibus ad Dictatorem.* Plinio ſubſcribit Vvovverius in Petronii Notis; & Alex. ab Alex. lib. 1. c. 6. ſubdit, *Eos clavos fuiſſe æneos, notaſq; numeri annorum, quibus tunc tempora deſignabant, habuiſſe, idque à Vulſinis emanâſſe ferunt, quibus in uſu erat clavos indices numeri annorum habere fixos, in templo Nurciæ Hetruſcæ Deæ.* Inde fluxit adagium: *Clavo digna notatu.* Per puncta ſubindè numerari cœptum teſte Valeriano lib. 37. cap. 46. Sed quia erant adeo exilia, puncta ipſa aliquantulum produxerunt ad inſtar vocalis mediæ I. II. III. IIII. Sed ſi ita proceſſiſſent, & uſque novem lineolis totidem unumquemque numerum notaſſent, moleſtum, atque inconcinnum futurum ſuſpicati, compendia me-

meditati ſunt quædam, & pro quinario, ne quinque lineas facerent, unâ ſignatâ, reliquas quatuor per obliquam unam à tergo ductam I/ fecerunt. Mox vſui placuit ut expeditior eſſet ſcribendi ratio, pro eâ notâ V conſonum ſtatuere; ſuperaddendo unitates uſque ad novem, quas numerus poſtulabat. Ad denarium cùm veniſſent, quinque duplicarunt, ita tamen ut ſecundum V invertereēt, & ſubjicerent priori, unamque facerent notam X per decuſſationem. Tribus his notis, inquit Pierius, proceſsum eſt uſque ad quadraginta & novem. Viſum eſt inde facere ad commoditatem, quam ex compendio aucupabantur, quinquaginta notandis, ſignum illud ex unâ obliquâ lineâ pro quatuor rectis, & quintâ alligatâ ſurrigere; ut ſtaret quæ pendebat in latus, quæ ſtabat in planum dejiceretur. Ita ex L notata ſunt quinquaginta. Ad quinquaginta cùm veniſſent, rectam lineolam, quæ jacebat in quinquaginta in ſemicirculum adcurvatam ſurrexere in hūc modum L. quam tandem ſuperiori capiti conjungētes D quartam alphabeti literam adhibere cœperunt: cujus uſûs ratio nobis arridet, quòd ſit capitalis litera hujus nominis *dimidium*, quia millenarij dimidium ſignificat. Centenarium poſtremò, ac Millenarium per initiales ſibi literas notârunt, centenarium nempe per C, millenarium per M. Aliam rationem aſſignat

gnat Aldus, vultque M millenarium ſignificare, non quòd in verbo mille princeps occurat litera; ſed quòd veteres pro quingentis hac uſi ſint etiam figurâ IↃ, pro millenario CIↃ. ex quo fluxit M, errorem creante ſimilitudine quod M quandoque ita ſcribatur CIↃ, ut minimum aut nihil diſcrepare videatur a CIↃ. In antiquis autem libris & alias figuratas pro mille uſurpatas licet animadvertere, ut ω, & ∞, quas peperit minus accurata librariorum feſtinatio. Hac verò in parte minùs ſtandum puto Priſciano, qui millenarii notam X fuiſse teſtatur, ſicut CXↃ. decem millia ſignaſse; quod nummorum, lapidum, aliorumque monumentorum ſuffragio falſitatis arguitur.

II. Porrò & nuperrima hæc numerandi ratio minimè intercedit quin hodieque utamur. Nam communiter acceptis primioribus quinque notis. I pro unitate, V pro quinario, X pro decenario, L pro quingenario, C pro centenario. IↃ ſubinde monſtrat quigenta, CIↃ mille. IↃↃ quinque millia, CCIↃↃ. decem millia &c. unde annum præſentem notaturus, ſignabo M.DCC.VIII, aut alio modo CIↃ.IↃCCVIII. Ex hac compoſitione nullius erit negotii de quouis numero ſtatuere. Notandum tamen, quòd ſi minor numerus prǫponatur majori, indicio erit, tantum à maiori demi oportere; Itaque IV

va-

valet quatuor: IX novem; XL quadraginta: XC nonaginta: IC nonaginta novem, & ſic de cæteris. Et iſtud noveris in antiquis inſcriptionibus Q ſæpè pro quingentis reperiri. Valerius Probus docet, quod ſi numero alicui ex prædictis linea transverſa superinducatur, tot valent millenarios, quot priùs unitates. v. g. $\overline{\text{I}}$ mille: $\overline{\text{V}}$ quinque millia: $\overline{\text{X}}$ decem millia &c. Sed hoc perpetuum non video in antiquis inſcriptionibus, ac Numiſmatibus, in quibus non negligenter verſatus ſum, quia ſæpè ſæpiùs, etiam lineâ ſuperpoſitâ unitates, quas ſine lineâ monſtrarent, ſignificant; ut cuique Indicem inſcriptionum Gruterianarum, aut Aldi orthographiæ libellum percurrenti manifeſtum erit. Sed hac in parte doctiſſimi Pierii ſententiam proferre ne pigeat. Hic lib. 37. cap. 27. Hori Niliaci ſententiam expendens de lineâ rectâ unitatibus ſuperinducendâ inquit: *Aliquid ſimile apud nos eſt, cùm linea plana supernè ducta, cui puncta numeralia ſubjiciantur, quæ ſingula unitates oſtendant, duplicatum numeri tantundem ſignificat, quot ſunt ſigna, quæ planæ illi lineæ ſubdita conſpiciuntur, ut:* I$\overline{\text{II}}$I *VIR, aut* I$\overline{\text{IIII}}$I *VIR, pro Sex. vir, & Decemir.* Et mox. *Quod verò de duplicandis punctis dicebamus, multis poteſt veterum Inſcriptionibus confirmari; ſed unam tantùm exempli loco ponam, quam Venetiis apud clariſs. virum Danielem Ranerium Senatorem, antiquo lapide ita notam inſpe-*

ſpexi I꞊IIII꞊I *VIR, quod tantundem eſt, ac ſi DECEMVIR ſcriptum eſſet. Intelligendum enim eſt puncta illa quatuor lineâ illâ supernè ductâ, duplicari.* Ac paulò poſt Probi ſententiam infirmans, ſubdit: *Nec me latet Probum de notis antiquorum, ejus lineæ ſupernè ductæ ſignum ad millenarium uſque provehere: ſed in eo libro multa ſunt multorum arbitrio atque etiam errore inculcata; neque rei cujuſpiam ſana intelligentia magis noſtro tempore deſideratur, quàm inſcriptionum ejuſmodi vera cognitio.* Sanè ſummus Vir Jacobus Spon tom. 1. Itinerarii Italiæ Græciæ &c. Inſcriptionem affert pag. 331. quam apud Locum Gargarium legit, ubi nota iſta I꞊IIII꞊I verſ. 6. quam ipſe interpretatus eſt *Sextum Vir.* Similes huic adducit Fabrettus interpretatione omnino concordantes, quas non produco.

III. Non tamen adeo religioſi fuerunt veteres, quin & reliquas alphabeti literas ad numeros exprimendos uſurparent; quod tamen *numeri genus,* inquit Baronius, *non ab omnibus receptum; etſi aliquando receptum, deſuetudine jam abolitum.* Habetur verò illud cum Valerio Probo, Paulo Diacono, & aliis, qui de numeris ſcripſerunt, editum inter Grammaticos antiquos pag. 1683. Extant quoque verſus, qui totius Alphabeti characteribus eoſdem numeros aſſignant, quos deſcripſit idem Baronius, & ante eum Joannes lib. 1. de

Nu-

Numeris cap.10.paulò diverſos ab iis, qui proſtant in MS.Ugutionis Piſani Epiſcopi ex Biblioth. Collegii Navarrei Pariſ. cujus hæc ſunt: *Nota, quòd qualibet figura literarum invenitur aliquem numerum repræſentans, quamvis non ſit in frequenti uſu, qui iſtis verſiculis diſtinguitur.*

A.	*Poſſidet A numeros quingentos ordine rectos.*	500.
B.	*Et B tercentum per ſe retinere videtur.*	300.
C.	*Non pluſquàm centum C litera fertur habere.*	100.
D.	*Alpha D compar duo ſic tria nomina portat.*	500.
E.	*E quoque ducentos, & quinquaginta tenebit.*	250.
F.	*Sexta quater denos gerit F quæ diſtat ab Alphâ.*	40.
G.	*Ergo quater centum G nunc caudata tenebit.*	400.
H.	*H quoque ducentos per ſe deſignat habendos.*	200.
I.	*I.C. compar erit, & centum ſignificabit.*	100.
K.	K, *centenarium medium obſervat, & unum.*	51.
L.	*Quinquies L denos numero deſignat habendos.*	50.
M.	*M, caput eſt numeri, quem ſcimus mille tenere.*	1000.

N.

Digitized by Google

N. *N, nonaginta cupit, quæ ſic caput eſſe videtur.* 90.

O. *O, numerum geſtat, qui nunc undecimus extat.* 11.

P. *P, ſimul ut G numerum monſtratur habere.* 400.

Q. *Q, velut A cum D quingentos vult retinere.* 500.

R. *Octoginta facit numerum quæ dicitur hæc R.* 80.

S. *S, verò ſeptenos numeros ſignificabit.* 7.

T. *T, quoque centenos, & ſexaginta tenebit.* 160.

V. *V, quoque peſſundans, non plus quàm quinque redundans.* 5.

X. *X, duplex denos numero tibi dat retinendos.* 10.

Y. *Argolicus centum quinquaginta facitq; character.* 150.

Z. *Vltima Z canens finem bis mille tenebit.* 2000.

Ne miretur Lector, prædicta carmina prout extant apud Ugutionem nos non recitaſſe: datâ enim operâ hoc factum eſt; ut ſcilicet meliorem rithmum, & claritatem ſervaremus. Obſervandum inſuper, quod S in notis numerorum antiquis plurimùm conficit ſeptuaginta. Y, 159. notare docet Baronius iſto carmine;

Digitized by Google

Y *dat centenos, & quinquaginta novenos.*

Z quoque aliis non 2000, ſed tantùm 200. ſignificat. I, 250. quidam monſtrare dicunt, quidam 150. De E ſimiliter controvertitur. K in numerorũ notis ex antiquo Codice deſcriptis ſignat 151, unde etiam verſus.

K *centenarium medium conſervat, & unum.*

N quoque in notis antiquis 900. monſtrat; unde verſus Baronii:

N *quoque nongentos numero demonſtrat habendos.*

$\overline{A}$	500,0.	$\overline{I}$	100,0.	$\overline{R}$	80,000.
$\overline{B}$	300,0.	$\overline{K}$	51,0.	$\overline{S}$	7,0000.
$\overline{C}$	100,000.	$\overline{L}$	50,000.	$\overline{T}$	160,000.
$\overline{D}$	500,0.	$\overline{M}$	1000,000.	$\overline{V}$	5,000.
$\overline{E}$	250,0.	$\overline{N}$	90,000.	$\overline{X}$	10,000.
$\overline{F}$	40,00.	$\overline{O}$	11,000.	$\overline{Y}$	150,000.
$\overline{G}$	40,000.	$\overline{P}$	400,00.	$\overline{Z}$	200,000.
$\overline{H}$	200,0.	$\overline{Q}$	500,000.		

IV. Quo ad numeros Arabicos, ſeu Barbaricas Arithmeticorum notas 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. nihil nobis differendum ſuppetit; cùm extra inſtitutum ſit. Orientalibus gentibus harum inventionem tribuit Georgius Valla lib. 1. Arithmetices cap. 1. Indis nempe argumenta ſcriptionis, quæ à dextris partibus in ſiniſtris eat, quod Chaldæis, Syris, Ægyptijs, & toti denique orienti eſt commune.

Digitized by Google

mune. Alia alii commentantur, ut Cobarruvias, Voſſius in Mathemat. Reinhartus Robigus lib.8. Robigal.cap.1. Octavius Ferrarius &c. Videatur Georgius Heniſchius de *numeratione multiplici vetere, & recenti*, editis apud me Auguſtæ Vind.1605. ubi multa de uſu, ac ſignificatione eorum habentur. Hiſce numerorum notis ſolemus paginas librorum recenſere, atque indicare. Capita in varias ſectiones dividere, Indices conficere, Scriptorum auctoritates connotare, etſi hodie magis ad hoc munus Romanæ notæ ſeligantur. Sed de his quædam peculiariùs obſervabimus in ſecundâ parte. Interim nonnulla de Græcorum Numeris attingamus.

V. Græcis perpetuum fuiſſe judico numerare per literas; ita enim factum video in vetuſtiſſimis Codicibus Græcis inſignis Bibliothecæ Mediceæ S. Laurentii, ac præſertim inſigniori illo ad dexteram ingredientis poſito Veterum Chirurgiam complectente, Hippocratis ſcilicet, Galeni, Aſclepiadis, Bithyni, Apollonii, Archigenis, Nymphodori, Heliodori, Dioclis, Rufi Epheſii, & Apollodori Citienſis, cui meritò Jacob Spond. encomium illud debitum libro Itinerarii Provinciæ Italiæ pag.50. *C'eſt aſſurément un grand treſor pour la Medicine, & pour la Chirurgie, de trouver tous ces Autheurs-là enſemble*. Ibi igitur vidi Galenum citantem Archigenem per Alphabe-

phabeticas literas, quod etiam mihi obſervare fuit in aliis Bibliothecæ S. Marci Manuſcriptis, ac in quibuſdam membranis fragmenta veterum Poëtarum aſſervantibus. Smyrnæ quoque in antiquiſſimis Numiſmatibus apud D. Falkner eadem ſervatur ratio. ſic in illo Caracallæ, ubi urna, & palma viſitur circumlegas: Eπ. αν. ρουφ. υ αρχ. α. το. γ. χρυσανθινα σαρδιανων β. νεωκορων, hoc eſt; *Sub Antonio Rufo primo Pontifice, tertiâ vice Chriſantina certamina habita apud Sardianos ſecundo Neocoros*. Sic in alio repræſentante Hermum fluvium per medietatem jacentem, inhærentemque vaſi aquam effundenti ſiniſtrâ, dextrâ planctam tenentem, cum titulo φωκαιειων, eo quod parum Phocæa ab Hermo diſtaret. Circùm verò legitur: Eπ. στρ. αυρ. Ευτυχους. το β. ideſt *ſub Aurelio Eutyche ſecundò gubernante*. Et alia ſexcenta etiam vetuſtiora adduci poſſent idipſum confirmantia.

VI. Quam verò legem ſervaverint in hoc numerandi genere, nunc brevi ediſſeram; ſeu potiùs oculis ſubjiciam. Primò ſi numerandum ſit per minuſculas literas, quem locum quælibet tenuit in alphabeticâ ſerie, eundem numero exprimet. α 1. β 2 γ 3. &c. Ita ab α ad ι erunt unitates interpoſitâ ς pro ſenario numero. Ab ι ad κ eſt denariorum claſſis, & ια 11. ιβ 12. ιγ 13. &c. monſtrat. A κ uſque ad ω procedimus ita, ut κ ſit 20. λ 30. μ 40,

νϛο &c. interject ο itidem ϛ pro 90. Cum ad ω perventum, quod octingenta ſignat ϡ addimus pro 900. ᾳ cum iotâ ſubſcripto pro 1000 quod ſi progredi ulterius velimus β̣ cum jotâ ſubſcripto ſignabit 2000. γ̣ 3000 δ̣ 4000. &c. Secundò ſi majuſculis literis numerare mens ſit, ſex dumtaxat utemur elementis. I, Π, Δ, H, X, M quarum prima nota eſt unitatis, ſecunda quinarii, tertia denarii, quarta centenarii, quinta millenarii, ſexta decemmillenarii. Hæ quidem omnes uſque ad quaternarium numerum ſive per ſe, ſiue per adjunctionem aliorum multiplicantur, ut I. II. III. IIII. Δ. ΔΔ. ΔΔΔ. ΔΔΔΔ. &c. 1. 2. 3. 4. 10. 20. 30. 40. Π quæ appellatur duplex, quinque ultimas notas in ſe inludens denotat numerum, cujus litera incluſa nota eſt quinquies auctum, & multiplicatum. Δ incluſum ⨅Δ facit 50. H 500. X. 5000. M 50000. Ordinatè diſponã quod hucuſque præmiſi.

I, α.	1.	ΠIIII, θ.	9.
II, β.	2.	Δ, ι.	10.
III, γ.	3.	ΔΔ, κ.	20.
IIII, δ.	4.	ΔΔΔ. λ.	30.
Π, ε.	5.	ΔΔΔΔ, μ.	40.
ΠI, ϛ.	6.	⨅Δ, ν.	50.

ΠIII,

Digitized by Google

ΓII, ζ.	7.	𐅅 H, χ.	600.
ΓIII, η.	8.	𐅅 HH, ψ.	700.
𐅄 Δ, ξ.	60.	𐅅 HHH, ω.	800.
𐅄 ΔΔ, ο.	70.	𐅅 HHHH, πι.	900.
𐅄 ΔΔΔ, π.	80.	X, α.	1000.
𐅄 ΔΔΔΔ, ϛ.	90.	XX, β.	2000.
H, ρ.	100.	M, ι.	10000.
HH, σ.	200.	MM, κ.	20000.
HHH, τ.	300.	𐅇, ν.	50000.
HHHH, υ.	400.	& ſic de reliquis.	
𐅅, φ.	500.		

Et hæc numerandi ratio eſt. Quod verò utriuſque linguæ promiſcuè adhibiti ſint characteres ad numeros deſignandos uno hoc monſtrabo exemplo. Inſcriptio eſt, quæ cernitur Romæ in Ædibus S. Sabæ ex Epithaphio Joannis Nepeſini Epiſcopi.

Extenſum per Θ Ρ Ϙ. Ε. Δ *connexa*,
Chriſti annum monſtrat quo tranſiit iſte Sacerdos.
Obiit in pace II. *Kal. Nov.* Ε Ψ Ο Ι.

Si colligantur numeri dictarum literarum fiunt anni 770, nempe Θ 9. Ρ 7. Ϙ 500. Ε 250. Δ 4.

Et hoc ſatis ſit pro primâ hujus Opuſculi Parte; neceſſe enim eſt ad alia deſcendamus Orthographis non minus utilia. Quippe,

ut ait Fabius, ſi quantum de quâcumque re dici poteſt perſequamur, finis operi non imponetur. Neque per ſingulas ſpecies exequi patitur natura rerum; quod qui ſunt facere conati duo pariter ſubjerunt incommoda, ut & nimiùm dicerent, nec tamen totum. Nos ſi alicubi longiùs quàm par fuerit expatiati ſumus; intelligant omnes, eam nobis fuiſſe mentem, ut iſta, quæ ſcribimus, non adeo jejuna prodirent in publicum; quemadmodum olim, cùm tyronibus tantùm ſcribebamus.

Finis Primæ Partis.

Digitized by Google

A. M. P. I.

SIGISMUNDI A S. SILVERIO

ORTHOGRAPHICARUM OBSERVATIONUM

PARS SECUNDA.

DE ACCENTIBUS, SPIRITIBUS, ET FIGURIS ORTHOGRAPHICIS.

De rectâ Scribendi Ratione.

CAPUT I.

I. QUONIAM Orthographiæ munus præcipuum eſſe diximus, rectitudinem ſcribendi nullo errore vitiatam edocere; ordo, ratioq́ue poſtulat, ut præſcribamus modum, undè rectam ſcribendi rationem dignoſcere valeamus. En itaque:

Scribendi rectam quicumque ediſcere formam
Percupit, & certâ voces depingere lege;
Hanc ratio, auctorumq; dabit conſenſio; namque
Indagat cunctas primævâ ab origine voces
Illa: ſolent lapides, Nummi, monumentaq; pondus

 H

Digitized by Google

Huic dare; ſi nobis longum tranſmiſerit ævum.
Recta igitur ſcribendi ratio dupliciter cognoſcitur, & comprobatur. 1. Ratione. 2. Auctoritate, & Conſuetudine. Ratio deſumitur vel à Diſtinctione, vel ab Origine, ſeu Etymologiâ. Diſtinctione, quomodo diſcriminis causâ ſpiritus additur in *habeo. Aliud enim eſt*, inquit Vvillichius, *habeo, & abeo; hara, & ara; aliud haſta, & aſta; habito, & abito &c. quæ prætium operæ non eſt recenſere*. Origine, quomodo ſcribendum ſcimus per T *prudentia*, quia eſt à *prudenti*; & contrà *audacia* per C, quia eſt ab *audaci*. Origines erunt tamen apertæ, non diſtortæ, quales nonnullæ etymologiæ videntur apud Voſſium. Auctoritas petitur vel ab aſſeveratione Scriptorum antiquorum, qui hanc artis partem tractaverunt, ut ſunt Velius Longus, Flavius Caper, Q. Terentius Scaurus, Caſſiodorus, qui ex collectaneis veterum Grammaticarum ſuum de Orthographiâ librum contexuit, Marius Victorinus, & Beda Presbyter in ſuo libello de methodo rectè ſcribendi. Vel deſumitur auctoritas à ratione ſcribendi, quæ in pervetuſtis codicibus, inſcriptionibus, numiſmatibuſque reperitur; dummodo, & chirographi, & lapp. ætate, bonitateque commendentur. Et ſanè nihil certius eſſe poteſt veteris ſcripturæ argumentum, quàm conſenſus horum lapidum, qui ad noſtra uſque

uſque tempora perdurârunt; nam etſi eorum latomi, & inſculptores indoctorum extiterit genus hominum; illis tamen Latina lingua erat vernacula; nec aliter incidere licebat, quàm præſcriberent illuſtres, ac doctiſſimi homines, quibus erat curæ, ut omnia per quàm emendatiſſimè inſcriberentur. Quapropter majorem fidem hiſce habeo monumentis, quàm codd. manuſcriptis, quorum alii, cum ab aliis inſcripti ſint, non parum à fonte, primoque codice recedunt. Præterea ex Amanuenſibus plurimi ſcribunt, ut inquit S. Hieronymus ep. ad Lucinium, non quod inveniunt, ſed quod intelligunt: & dum alienos errores emendare nituntur, oſtendunt ſuos; ita ut perſæpe difficile ſit comprehendere, utrùm ſcriptoris negligentiâ, an dictatoris contigerint imperitiâ, primique codicis corruptione. Accidit deinde, ut qui à vitioſis codicibus excribuntur libri, vel cum ijs conferuntur, novis deinceps erroribus infarciantur. Quod ſanè quantum ad codices ſpectant, qui in Bibliothecis hodiè habentur, ortum indè veroſimile eſt, quòd in Monaſteriis ex Monachis pueri, vel qui in diſciplinis nondum planè verſati erant, ad id operis adhiberentur. Secùs in monumentis, lapidibus, nummiſque factum eſt, qui, ut ait Voſſius, *immutati permanent*, erroribuſque minùs ſubjecta ſunt. Nec propterea

indiſcriminatim uſurpentur laudo; imò ſæculi floridioris rationem habendam puto; & videndum quomodò voces à peritis optimæ Latinitatis perſcrutatoribus accipiantur, & ſcribantur.

II. Omni itaque laude dignum erit Aldi libellum, qui de orthographiâ inſcribitur, adire, atque inibi obſervare ex lapidum teſtimonio vocum origines, priſcum ſcribendi uſum earundem, ſcriptorum pro quâlibet parte ſtantium rationes diligenter perpendere; num melioris ævi auctores hoc ſcribendi genus frequentaverint; an ab uſu receptum fuerit. Inde poterit quilibet in eam partem inclinare, quam tutiorem, meliorem, pervulgatioremq́ue putauerit; eamq́ue firmiter conſtanterq́ue tenere. Indicem Gruterianarum inſcriptionum, Theſaurum Antiquarium Huberti Goltzii conſules, & huiuſmodi qui de veteribus numiſmatibus ſcripſerunt, quorum luculentiſſimum elenchum habet ordine alphabetico Jo: Seldenius Anglus in ſuâ Bibliothecâ nummariâ Londini impreſsâ; eorum nempè, qui ad annum uſque 1675. prodierant. Voſſii Etymologicum Latinæ linguæ evolves; attendesq́ue num alicubi hæreat in divinationibus, quæ ſi non falſæ prorſus, ſæpe incertæ ſunt. Solet enim, ut notavit S. Auguſtinus in Princip. Dialect.

c. 5.

Digitized by Google

c. 5. ſicuti ſomniorum interpretatio, ita verborum interdum origo pro cujuſque ingenio prædicari. Nihil enim periculoſius eſt, quàm in inveſtigandis etymis conjectura, præſertim ſi ſuiſmet conjectoribus adblandiatur. Et hoc addendum de originum perquiſitione, quod non ſemper ſcrupuloſiùs inveſtigandæ ſunt; cùm infinita ſint, quæ primigenia, complura etiam à vulgo efformata, & ſenſim inducta; alia tandem ab externis, barbariſque accepta nationibus; ſicque poſtmodum commutata, ut undè noſtri ea acceperint haud facilè ſit exgnoſcere. Denique, uti docet Varro, lib. 4. de L. L. *Non omnis impoſitio verborum extat, quòd vetuſtas quędam delevit; nec quæ extat ſine mendo omnis impoſita; nec quæ rectè eſt impoſita certa manet. Multa enim verba literis immutatis ſunt interpolata. Omnis origo eſt noſtræ linguæ à vernaculis verbis; & multa verba aliud nunc oſtendunt, aliud autem ſignificabant.*

III. Sed ut aliquo exemplo viam expediamus imperitioribus inveſtigandi rectam vocum ſcriptionem, ex ſupradictis capitibus non pigebit hîc praxim unam attexere; unicam inquam, ne longiùs digrediamur. Video ſæpiùs factum, ut vox hæc SILVERIUS ab aliquibus interdum per I, interdum quoque per Y exaretur, dubiuſque cuinam ex duplici ſcribendi genere adhærerem mihi inconſtans, ac varius identidem fui; modò verò fert animus

Digitized by Google

mus altiùs hæc repetere, & per origines, la-
pides, ſcriptorumq́ue auctoritates tutiorem
modum inveſtigare. Primùm itaq́ue quan-
tum ad SILVERII originationem,nemo non
fatetur eſſe à *Silvâ*, ſicuti etiam *Silvanus*, *&*
Silvius; unde Silvio Aſcanii filio id nominis
inditum docet Livius l.1.hiſt. cap.3. quòd ca-
ſu quodam in Silvis natus. Enucleandus ita-
que nobis Silvæ etymon eſt, & ſi reperimus
per Y, aut I notari debere, procul dubio infe-
remus, ita & SILVERIUM ſcribendum eſſe.
Porrò Silvam eſſe à Græco ὕλη ſpiritu aſpero
in S converſo, inſuperq́ue V conſonâ inſertâ
nonnulli exiſtimârunt. Iſidorus l. 17. Orig.
cap. 6. à ξύλον *lignum*, quòd in Silvâ ligna cæ-
dantur, deducit. Ex his illico aliquis dedu-
cet fortaſſis per Y *Sylvam* ſcribendam; & con-
ſequenter SILVERIUM, cùm ὕλην, & ξύλου
earum vocum fons ita ſuadeat. Verùm non
inſiſtendum in limine, ſed perquirenda vete-
rum cõſuetudo eſt, & in hac, voce, & in aliis
ab ipsâ deductis. Aldũ hac de causâ cõſulo,
lapidumq́ue antiquorum Inſcriptiones ab il-
lo adductas, congeſtaſque perlego; ac in om-
nibus *Silvam Silvanum*, & ab his profecta no-
mina per I ſcripta video; neque unam ex de-
cem, & ſeptem reperio; quæ priorem tueri
queat ſententiam. Avidior itaque diſcrepan-
tiâ effectus perquirendæ veritatis aliorum
monumentorum auctoritatem exopto, oc-
cur-

Digitized by Google

curritque apud Raphaëlem Fabrettum Urbinatem virum in re Antiquiariâ apprime verſatum diſſert.2. de Aquis, & Aquæductibus veteris Romæ pag. 102. duplex Inſcriptio; quarum prior eſt lapidis nuper reperti fragmentum, altera in Labicanâ apud ædem turris novæ exiſtit.

1.

VALENTIO
SILVANO
A. FLVTIVS
ATHENAEVS
V. S. L. D.D.

2.

C. IVLIVS. HELPIDI. F. HORVS CYRINVS. PATRONVS. SODALICII. DII. SILVANI. POLLENTIS. VOTO. POSVIT.

Alteram citat pag. 98. quæ eſt in Ædibus Attilii Delphinii.

SILVANO SAC
SPERATVS
IMP. CAESARIS
HADRIANI. AVG
SER. VILICVS

Se-

Digitized by Google

Sequens affertur à Dauſquio in Orthogr. Verb. *Villicus*.

SILVANO SACRVM
ONESIMVS
VILICVS
L. V. P.

Ex baſi bipedalis altitudinis ſub Aventino hæc habetur:

SILVANO
SACER
ANTEROS. CAES.
HORREARIVS
CHORTIS. III
D. D. A. L

In Arculâ Silvano dicatâ in nemore prædii Nob. Matronæ de Mattheiis prope viam Oſtienſem:

P. AELIVS. AVG. LIB
SILVANO SAN
CTO
CALLINICVS. TRITIC
D D

A tertio lapide viæ Labicanæ, unde Sponius in ſuis Miſcellaneis eam tranſtulit pag. 85. & Raphaël Fabretti ex eodem acceptam refert in Volumine Inſciptionum antiquarum

rum edit. Romæ 1699. cap. 6. num. 23. hæc legebatur:

SILVANO. FLAVIORVM
CASSIANVS. T. FLAVI. AVG. LIB
CELADI. LIBERTVS. FECIT.

Aliam habet dictus Auctor in Syntagmate de Col. Traj. cap.7. pag.205. Dedicatoriam:

SANCTO. SILVANO SACR
EVTYCHES. COLLEGI.
MAGNI. LAR. ET. IMAG.
SER. ACTOR. D. D.

IV. Sed quid opus eſt monumēta congerere; cùm ex omnibus, quæ diligenter perquiſivi, nullum repererim per Ypſilon ſcriptum, ſivè Gruteri ſint, ſivè Sponii, aut Aldi, aut Fabbretti? Ita convenire videtur omnís antiquitas, ac per lapides teſtari, uti *Silvanum*, ſic *Silverium* per I ſcribendum. Prætereo hìc multas Inſcriptiones de ipſomet nomine *Silverii*, quas apud Baronium in Annalibus, & in Româ ſubterraneâ legere poteris: ſunt enim inferioris ævi. Verùm etſi tot argumentis devictus, placet nihilominus, & probatæ fidei ſcriptorum ſententiam audire. Aldus ad vocem *Silva* hæc habet: *Silva cum I non cum Y, omnis antiquitas. Alii ſcribunt cum Y deducentes à Græco* ὕλη *contra libros, lapideſq; omnes.* Voſſius de Arte Grammaticâ l. 1. c. 43. *Silva*

per

per I, non Sylva, etſi ſit ab ὕλη *non à ſilentio, ſimiliterq; Silvanus, Æneas Silvius, Rhea Silvia, quæ non veteres modò codices probant, ut Vlnetus* (Elias in not. ad Flor. l.1.c.1.) *quoque agnoſcit; ſed & Græci Scriptores quando* Σιλνανὸς, Σίλνος, Σιλβία *legere eſt apud Strabonem, Plutarchum, Zonaram, Suidam, alios*. His adde Stephanum Pighium, Freinshemium, Fungerum, & alios Scholiaſtes, qui ſæpiùs, in *Sylva*, *Sylvio*, & *Sylvano* Y expunxerunt tanquam Græciſſantem, non Romanam Orthographiam. Accedit inſuper Manuſcriptorum primæ notæ auctoritas; nam Virgiliani, & Statii Codices perantiqui Bibliothecæ Palatinæ, Mediceæ S. Laurentii, S. Marci Florentiæ, verſum 2. eclogæ 1. Maronis *Silveſtrem* &c. perpetuò per I efferunt, & pingunt; Statiiq; *Silvæ* non *Sylvæ* inſcribuntur. Poſtremo communiorem ſi ſpectemus uſum, video ex recentioribus omnes fermè ſic ſcribere, & Tranſmontanos Typographos Amſtelodami, Coloniæ Ubiorum, Lugduni Batavorum, Genevæ &c, ſic imprimere. Quapropter ex tot capitibus admonitus ſimul ac eruditus, aſſerere non formidabo, *Silverium* per I, non per Y. eſſe ſcribendum, quamvis aliter mihi quondam è calamo exciderit. Rationem quam in inveſtigandâ dictæ vocis rectâ ſcriptione, ſervavimus, ſervari itidem poterit pro quâlibet aliâ, ſive Latina extiterit, ſiue Græca, dignoſcendâ.

V.

V. Quemadmodum autem duplici modo cognoſcitur, & comprobatur recta ratio ſcribendi; ita tripliciter, teſte Quintiliano lib. 1. cap. 9. vitiari poteſt, ſive ab illâ recedi; *Per adjectionem, detractionem, immutationem*. Adjectione cùm additur litera, ſic in vett. libris *hyemps, formonſus, doliens* in Inſcript. Hortorum de Vecchis ad Arenulam, & Cæmet. D. Helenæ *Have* pro *Ave* quam pſeudographiam notavit Dauſqius in hoc verbo pag. 150. Scaliger; & Raphaël Fabretti Vol. Inſcript. Antiq. eam in variis lapidibus monſtrat pag. 122. Detractione cum litera detrahitur, ut iu vett. libb. invenias *prægnatem* pro *prægnantem*. *Aus* pro *avus* in Inſcript. Vineæ DD. de Ciampinis ſub Cryptâ Ferratâ. *Pilippus* pro *Philippus*, ut obſervat i n veterum monumentis Dauſquius in Orthogr. vol. 1. ſect. 3. pag. 52. ita adnotat Fulvius Urrinus. *Pilippus autem* pro *Philippus*, *ac triumpus* pro *triumphus antiqua ſcribendi ratio fuit, de quâ Quintilianus* l. 1. c. 9. *Apud Ciceronem quoque in Orat. Furius Pilus dicitur*, pro *Philus*. Profectò duo præfata vitia, circa notam aſpirationis H frequenquentiſſimè ſolent accidere; cujus uſus varius fuit apud veteres pro temporum ratione; ut notat idem Fabius l. 1. c. 5. ubi de dictâ aſpirationis notâ verba faciens: *Parciſſimè*, inquit, *eâ veteres uſi ſunt etiam in vocalibus, cùm, ædos, ircoſq; dicebant. Diu deinde reſervatum, ne*

con-

conſonantibus aſpiraretur, ut in Graccis, & triumpis. Erupit brevi tempore nimius uſus, ut choronæ, chenturiones, præchones, adhuc quibuſdam inſcriptionibus maneat; qua de re Catulli nobile Epigr. eſt 85. de Arrio:

Chommoda dicebat, ſiquando commoda vellet
Dicere, & hinſidias Arrius inſidias.
Et tunc mirifice ſperabat ſe eſſe locutum;
Cùm quantum poterat dixerat hinſidias.
Credo ſic mater, ſic Liber avunculus ejus,
Sic maternus avus dixerat, atque avia.
Hoc miſſo in Syriam, requiêrant omnibus aures:
Audiebant eadem hæc leniter, & leviter.
Nec ſibi poſtilla metuebant talia verba:
Cùm ſubitò effertur nuntius horribilis:
Jonios fluctus, poſtquàm illuc Arrius iſſet,
Jam non Ionios eſſe, ſed Hionios.

Videatur hac de re Scaliger de cauſ. L. L. cap. 47. & Politianus cap. 14. Miſcellan. Habemus certè in Inſcriptionibus voces *Agatopus, Aſtatus, Bracium, Cloe, Erodes, ic, omini omuncio, oneſtus, pannycus, pilargyrus, poſporus &c.* aſpiratione deſtitutas; & è converſo *chorintho, Dhidymus, Eumolphus, Exhedra, Haretuſa, Heuche, Hilirycum, hobitum, horiundus, hornamentis &c.* Paſſim quoque occurrunt *Hetruſcus*, & *Etruſcus*, *Authores*, & *Autores*. *ſepulchrum*, & *ſepulcrum*, & alia ſexcenta, quæ varietatem præſeferunt, in quibus majori, ac meliori Scriptorum parti nos

con-

Digitized by Google

conformabimus, obſoleta reſpuentes, & uſitatiora frequentantes.

VI. Contrarium de Etruſcâ Linguâ ferè dicendum: antiqui namque Latinorum veſtigiis inhærentes abundè frequentârunt aſpirationem: ut videre eſt in *chaſo*, *ochore*, *achoglitor*. *Solingho, mancha, ſtancha, Iachomo, picholo &c.* Y quoque à Græcis uſurpârunt, ut *Yddea, Deytà, Yhesù*, &c. Recentiorum verò plurimi aſpirationem taliter eliminarunt, ut etiam ab iis excludant vocibus, quæ æquivocationem patiuntur. Vide quid dixerim hac de re part. 1. cap. verò 8. num. 8. nihil probavi, quia nimis dixi; atque ideo me ipſum corrigens dico, quod huic linguæ ſtudentes plurimi non *nullibi*, ut ibi enuncio, ſed parcè ſcribunt aſpirationem: cujus rei rationem affero cap. 10. num. 6. Y verò à Linguâ noſtra prorſus exploſa. Ex hoc manifeſtè patet, quod hîc non de antiquiſſimâ illâ Lucumonum Linguâ tractamus, qui teſte Varrone, Romulo contra Sabinos ſuppetias tulere: illa enim prorſus deperiit, ita ut Antiquariorum nullus talis Idiomatis Inſcriptiones intelligat; qualis eſt illa, quæ fimbriam ornat æneæ ſtatuæ meo videri unum ex Lucumonibus ipſis repræſentantis, qui Romanam in Civitatem adſciti Lucrenſes dicti fuere, fortaſſis à lucro per ipſos facto, qua celeberrimum Etruriæ Magnis Ducis Muſeum exornatur.

Digitized by Google

De eâ itaque loquor, quam in Obſervat. de Latini ſermonis puritate, cap.3. num.5. pag.52.& 53.& hîc par.1. cap.10.n.2. pag.97. ex Latinæ corruptelâ, & interitu ortum habuiſse videmus; cujus tanquam Patres Danthē Alligherium,& Jo: Boccacciū Cives Florentinos quilibet eruditus agnoſcit;quoniam quotquot antea ſcripſerunt longè ſuperârunt; quemadmodum Cicero, Julius Cæſar, Virgilius, & alii coëtanei, Latinos, qui præceſserunt. Felicior verò Etruſca Lingua ſucceſsu fuit:decidit enim decētibus illis candor latinus; Etruſcus verò magis invaluit; nam Franciſcus Petrarca pariter Florentinus ipſam valdè expolivit; deinde ſtudium ſuum hac in re feliciſſimè adjecerunt plures primæ notæ Scriptores, à quibus ad eum nitorem redacta, quem ſummum putamus; ſed & poſteri magis ornabunt, atque perficient; imò forſitan deturpabunt, quemadmodum nonnulli & nunc faciunt, elegantiam ſomniatam inſulsè affectantes; quâ nauſeam potiùs movent, quàm riſum.

VII. Immutatione vitiamus ſcripturā quādo literā pro literâperperā ponimus. Perperā dico;nā mutationes dari poſsūt,quæ nobis inſolentes videantur;& tamē veterum auctoritati innixæ ſint, & aliquando uſurpatæ; v. g. *here* pro *heri*, *protenus* pro *protinus*, *beuivolus*, *malivolus*, & his ſimilia, quæ etſi à nobis frequen-

quentanda non ſunt, tamen vitioſa haberi nequaquam debent. Iſtas mutationes, etſi Lapp. auctoritate firmatas vitioſas cenſeo: *milex* pro *miles*, eſt in ſepulchro gentis Naſóniæ viâ Flaminia, & in Sacrario S. Paſtoris ad viam Præneſtinam *Meſolæum* pro *Mauſolæum*, etſi Veronæ ex D.Blanchino ita habeatur, ſicuti etiã ejus met vocis aliæ depravationes, quas refert Raphaël toties laudatus, de Columnn.Traj. cap.8. pag. 252. Quæ ſequuntur etſi floridioris ævi ſint, Auguſtei ſcilicet, nihilominus non admitterem. Deponuntur autem ex duplici Piſano Cenotaphio, & præcipuè ex fragmento Orationis funebris, aureum illud Latinæ puritatis ſæculum redolentis: ſunt autem *imminentia*, *inportunam*, *inmortalitati*, *benificio*, *ſupſtituta*, *aput*, *conlega*, *conlata*, *divertium* pro *divortium* &c. Sed hoc ultimum, etſi abſque exemplo, tamquam debitum origini, & utrique etymologiæ, quam affert I.C. in Lege 2. dig. de Divort. non improbo. *Divortium autem vel à diverſitate mentium dictum eſt, vel quia in diverſas partes eunt, qui diſtrahunt matrimonium*. Cæterum non eſt quod miretur aliquis, ſi etiam floridioris ſæculi verba rejiciamus, quia vel ipſius temporibus, ut docet Cicero lib. 2. de Leg. priſcis verbis, & paulò antiquioribus, quam communis ſermo ferret, utebantur in legibus, quò plus auctoritatis haberent.

Digitized by Google

VIII. Nos autem Itali, atque Etruſci ab Authorum noſtrorum orthographiâ non parum datâ operâ declinavimus ; politiorem formam verbis ita dare credentes : quod quidem natum puto ex pronunciationis diverſitate, quam habemus : undè rideo cùm lego queſtiones quaſdam acerrimas hâc de re inſtitutas Antiquorum innixas auctoritati; & cùm in ipſis magna ſit diſcrepantia, & cùm debeamus huic ſæculo conformari. Legatur eruditiſſimus liber Danielis Bartoli Societatis Jeſu, cui titulus : *Il torto, e'l diritto del non ſi può*, ubi in ipsâ præfatione ad Lectorem hanc rem apertè demonſtrat. Nos hîc ad evidentiam unicam periodum afferemus ex Philocolo Jo:Boccacci MS.antiquiſſimo, qui in noſtrâ Bibliothecâ S. Pantaleonis aſſervatur : *Non fecie il valoroſo giovane diſdetto aſſi fatta inpreſa ma diſidaroſo di dare aſſe & a ſuoi ſimile iſchanno chente e predecieſſori avevano auto ſimile con vigoroſe forze alla imirabile ı e in breve tenpo colla ſua forza & colli promeſſi aiuti la rego affine ı poſando il ſuo ſolio nelli adomandati regni ı avendo anullati gli amici di Giunone con proterva morte ı & qui nuova progenie generata ıı Stato per alquanto iſpatio rende l'anima a Dio.* Anne modo ſcribemus, vel pronunciabimus *fecie* prò *fece* ; *aſſi* prò *à sì*, *inpreſa* prò *impreſa*, *deſidaroſo* prò *deſideroſo*, *chente* prò *qualle*, *predecieſſori* prò *predeceſſori* ; *imirabile* prò

mi-

mirabile, tenpo prò *tempo, rego* prò *recò, ſolio* prò *ſoglio, adomandati* prò *addomandati*, vel *domandati, anullati* prò *annullati*? Sæculo ergo inſerviendum.

Quid ſit Accentus; quare introducti ſint: eorum tam apud Græcos, quàm apud Latinos numerus.

CAPUT II.

I. SUperfluum omninò videretur, ac inutile, cùm tot de Accentibus ſcripſerint, & omnes Grammatici diſtinctè egerint, & agant in dies, hîc denuo aſſignare eorum multiplicitatem, atque introductionis cauſam. Quia verò penè omnes, aut nimis diffusè, aut breviter nimiùm hujuſmodi rem pertractârunt, integra interdum puris quæſtionibus abſolventes volumina, incertâ adhuc remanente ipſorum praxi; nos mediâ viâ incedentes, majus ſtudium in eo locandum putamus, quod & Græcæ, & Latinæ Linguæ ſtudioſi noſcant potiſſimùm quomodo Accentibus debeant uti; in quò ſolùm Ortographi munus poſitum eſſe, nemo non fatebitur. Attamen quia, ut loquitur Maximus Martyr, *dicere aliquid, nec ejus quod dicitur varias ſignificationes diſcernere, nihil aliud eſt quàm confundere*, cùmque omnis, quæ ſuſcipitur de aliquâ re inſtitutio, debeat à definitione proficiſci, ideo quid veniat nomine Accentûs in primis perſcrutemur.

II. Accentus, Priſciano definiente, *eſt certa lex, & regula ad elevandam, & deprimendam ſyllabam unjuſcuiuſque particulæ Orationis*. Hos Latini variis nominibus appellârunt, teſte Gellio libr. 13. cap. 6. dicente: *Quas Græci* προσῳδίας *dicunt, eas veteres docti, tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant*: *Faſtigia* ſimiliter à Scriptoribus nominantur, *tenores, apices*. *Proſodiæ* vox eſt à πρὸς *ad*, & ᾠδὴ *cantus*. *Accentus* verò ab accinendo, quaſi *Accantus* dictus eſt. Martianus Capella lib. 3. de faſtigio vocat eos *Anima vocum, & muſices ſeminarium*.

III. Triplici de causâ introducti Accentus ſunt. 1. *Diſtinctionis habendæ*, ſeu διαφορᾶς. Neceſſe enim Græcis potiſſimùm erat ut inter eaſdem vocales nunc longas, nunc breves aliquod diſcrimen intercederet. Priuſquam enim Simonides vocales longas η, & ω repeririſſet, qui per eadem tempora vivebant, earum loco uſurpare cogebantur ε, & ο, quæ ſi aliquo in vocabulo longæ occurrerent, ut à brevibus diſcernerentur, notam illam, quam poſteri inde pro flexo frequentârunt, appingebant hoc pacto ε̂, ô. Qui mos tunc deſiit, ubi præfata longa elementa Græco alphabeto adjecta ſunt. 2. *Ambiguitatis removendæ*, quam variæ dictiones, quæ ad res omninò diverſas ſignificandas transferuntur, paſſim præbuiſſent. Quis diſcrimen aliquod ad-

adverteret inter παιὼν ultimâ acutâ, & παίων metri genus penultimâ acutâ; inter κύων *canem*, & κυῶν *prægnantem*, inter φάρος *inſula*, & φᾶρος *veſtris*, niſi eas voces accentus diſcriminaret? 3. *Neceſſitatis*; pronunciationis quippe deperiiſſet ſuavitas, teſte Demetrio Triclinio, niſi eo tempore, quo Græcia à barbarie cœpit corrumpi, notæ aliquæ, quæ eam poſteritati integram tradidiſſent, familiarem ſibi uſum vindicâſſent.

IV. Quo ad ultimam tituli partem de Accentuum numero, habes hiſce carminibus præfinitum.

Tres Latio Accentus, tot Græcia ſervat; Acutus
Nempe, Gravis, Flexuſq; tono compactus utroque.
Priſcis nullus erat: teſtes monumenta; ſed uſus
Inde neceſſe fuit; cùm jam vernacula Romæ
Lingua receſſiſſet; dubio ne dictio ſenſu
Conſtaret; vocumq; ſonus periiſſet, ut Auctor.

Triplex igitur tam apud Græcos, quàm apud Latinos. *Acutus* quem P. Nigidius, auctore Gellio lib. 13. cap. 24. *Summum* etiam *tonum* dixit, Græcis προσῳδία ὀξεῖα. *Gravis* βαρεῖα, & *Circumflexus*, ſeu *flexus* περισπωμένη, ſeu, ut vocant Ammonius Alexandrinus κεκλημένη à curvâ lineolâ. Signum Acuti eſt lineola à manu ſiniſtrâ ad dexteram aſcendens hoc pacto (´) & dicitur Acutus, eo quod quodam veluti acumine aures feriat. *Acutus quidem eſt*, in-

quit VvillichiusProſod.c.5.*qui babet ſonum intenſum; quemadmodum in muſicis fit, in quibus quò magis corda intenditur, eò cutior redditur;& contrà quò magis corda intenditur, eò acutior redditur; & contrà quò magis remittitur, eò gravior fit. Idem eſt in tibiis cernere, quæ ſi exiliores fuerint acutius ſonant, quæ verò craſſiores, gravius.* Nota gravis eſt lineola à ſiniſtrâ ad dexteram deſcendens (ˋ) graviſque vocatur, quòd vocem deprimat, eamque in pectus, ac guttur dimittat. Signum circumflexi conſtat ex Acuto, & Gravi ſimul junctis, hac ratione (^): & circumflexus dicitur, ut nomen ipſum indicat, quia partim attollit, partim deprimit ſyllabam. Videtur tamen magis tardare ſyllabam, quàm elevare. Notabis, hos tres Accentus à Lambda Græco efformari. Nam Λ in duas partes diſſectum, Acuti, & Gravis notam facit, & unitum Circumflexi. Habuit tamen alteram apud veteres figuram Circumflexus; nam pro angulari illo ſigno, uti obſervavit Voſſius, lineam incurvam ſcribebant, quæ Lunæ bicornis faciem imitaretur ſic (⌒). Græci pro flexo utuntur ſigmate devexo (˜); reliquos ut Latinos notant.

De Accentuum Græcorum origine conjecturæ.

CAPUT III.

I. Recenſuimus ſuperiùs cauſas, quare Accentus apud Latinos, Græcoſque in-

invecti; nunc ordo poſtulat, ut de eorumdem origine aliquid ſubjungamus. Sed hæc cùm certis argumentis conſtare nulli ullatenus poſſe videamus, per conjecturas nihilominus aliquid aſſequi pro virili parte conabimur. Quo ad Latinorum originem nihil eſt quod longiùs immoremur: ipſis ſiquidem nullos fuiſſe Tonos, cùm floreret Latina lingua, præterquam quod lapides omnes, monumentaque teſtantur, innumeris doctiſſimorum Virorum ſuffragiis confirmatur. Lipſius enim de Pron. L. L. c. 19. Politianus Miſcellan. c. 38. Voſſius lib. 2. Artis Gram. c. 8. Taurellius, Dauſquius Orthogr. vol. 1. cap. 7. aliique idipſum protulere. Quod verò reperiantur lapides antiqui accentiūculis ſignati, cauſa eſt, quod interdum ad deſignandam ſyllabæ longitudinem appoſuerint: unde ſæpe unam, eandemque gemino affectam accentu conſpicies; ut in his apud Aldum pag. 114. 5. 717. 1. 718. 2. & alibi apud ipſum, & alios legas dictionum longas ſyllabas duplici accentu notatas. K*alátóri*, *Fláviálium*, *Studióſó*, *Décrévit*, *Tránsdúxit* &c. Alioqui quomodo eidem dictioni duplicem apicem inſcribere? Verùm cùm jam in præceps Latinus ſermo ire cœpiſſet, rectaque vocum prolatio nonniſi ab emortuis voluminibus poſſet inveſtigari, accentus introducti ſunt; ut ſaltem vel in hoc nobis prodeſſent, quod ad ambiguitatem in ſcri-

ſcribendo tollendam inſervirent; cum non poſſent germanum vocum ſonum conſervare. Eo namque redacti fuimus, ſumuſque ut loquitur Thom. Smith. lib. 1. de Pron. L. G. ut de utràque, Græcâ ſcilicet, ac Latinâ linguâ, *ſolùm re certum & exploratum habemus, quòd è monumentis librorum, ſedulitate, ac diligentiâ poſſit erui. Quare,* inquit, *nec hujus ætatis doctis hominibus, cùm quid de Linguæ illius antiquæ, & in libris tantùm, ac monumentis veterum viventis ſono comminiſcuntur quod ex jiſdem libris non poſſunt comprobare, fides eſt adhibenda. Non hercle magis, quàm ſi hiſtoriam aliquam de priſcis illis Viris, ac antiquorum factis concinnârint, quæ nuſquam à quoquam veterum fuerit relata.* Sed ad id quod caput eſt revertamur:

II. Quantum ad Græcorum Accentuum originem; priſcis Græcorum eas ignotas fuiſſe, ex vetuſtiſſimis marmoribus probat Gyraldus lib. 1. de Poëtis; hauriebant enim tunc temporis cum lacte accentuum rationem: ideoque ſcribendo non pingebant, ſed loquendo proferebant. Angelus quoque Politianus Miſcellan. c. 58. verſus ſibyllinos ſine ullis faſtigiis ſe vidiſſe teſtatur; & cap. 80. Callimachi carmina legiſſe, in quibus ea nuſquã erant adſcripta. In Pandectis Florentinis nuſquã vocibus Gręcis appoſiti ſunt Accentus, ut ex ipſo MS. in Bibliothecâ Medicea S. Laurentii aſſervato videre eſt. Sed hoc inferioris ęvi teſti-

Digitized by Google

teſtimonium eſt, & argumentum: magis convincit Ariſtotelis dictum c.3. Soph. Elench. ubi Sophiſtarum in argumentando captiones aperiens, inquit: *Ex accentu quidem in jis, quæ ſine ſcripto fiunt, concertationibus Dialecticis, non eſt facilè ſophiſticum ſermonem facere: in ſcriptis autem & poëmate multo magis*. Quibus ex verbis infertur in ſcriptis ſæpius ex ambiguitate accentus, controverſias graves, cùm non pingerentur, profluxiſſe. Adducit inſuper Ariſtoteles Homeri verſus 328. & 329. ex Iliade ψ, de quibus inceſſanter ſuo tempore diſputatum eſt, eo quòd apicibus deſtituti, dubium facerent ſenſum. Verùm etſi omnes ferè conveniant, Græcis priſcis apices non fuiſſe; diſcrepantia, tamen eſt in aſſignando tempore, quo cœperunt frequentari. Si tamen hac in re judicium meum, qualecumque ſit, proferre liceat; crederem cum Gulielmo Baillio, Ciceronis ætate id factum eſſe, quando Romani Adoleſcentes Athenas ad eloquentiam addiſcendam proficiſcebantur, aut ad docendum Athenienſes, tum Rhetores inſigniores, tum præſtantiores Grammatici, Romam vocabantur. Cur verò ita ſentiam nonnulla convincunt. Valer. Max. lib. 8. c. 7. narrat quod P. Craſſus *cùm in Aſiam ad Ariſtonicum Regem debellandum Conſul veniſſet, tantâ curâ Grææ Linguæ notitiam animo comprehendit, ut eam in quinque diviſam genera per omnes*

par-

partes ac numeros penitus cognoſceret. Hoc certè tam brevi temporis intervallo, quale illius expeditionis fuit, aſsequi haud quaquam potuiſset Craſsus, niſi accentuum adminiculo, quibus linguam ad diverſam omnino enunciationem, & ſonum accomodaret; tot vocum diſcrimina perciperet, ac decreta; quod fecit, ut non per interpretem, ſed per Græcam ipſorum linguam reddere poſset. Ulterius Ennius Marcum Portium Catonem ſupremâ ſenectute affectum, auctore Plutarcho in ejus vitâ, Linguâ Græcâ tinxit, cujus pronunciationem non eſt veriſimile tam citò eum aſsecutum fuiſse, niſi aliquę Tonorum notę tamquam præſidia facillima acceſſiſsent. Nec mihi objiciat aliquis, inquit Baillius, antiquiſſimos quoſdam illius temporis, ſi qui ſunt, Codices, in quibus nulla Accentuum veſtigia elucent, cùm & alii reperiãtur vetuſtate commendatiſſimi, in quibus accentus omnes exprimuntur, & liceat teſtimonium teſti monio evertere. Eos verò, qui eo tempore accentibus præciſis libros exarârunt, fuiſſe veteris illius Ariſtotelicæ ætatis æmulos, & antiquitatis amantes, veriſimile eſt. Reliquos autem, qui accentibus adhibitis ſcripſerunt, morem Ciceronianæ ætatis, & conſuetudinem, quæ poſtea ubique invaluit, ſecutos fuiſſe probabile eſt. Poſſem autem citare pro meæ ſententiæ patrocinio octingentos fere

Co-

Digitized by Google

Codices manuſcriptos, & antiquitate celebres, à Græcis hominibus, ac in Græciâ olim exaratos multis ante ſæculis, quàm in Turcarum ditionem ea Provincia veniret, & in Bibliothecâ Catharinæ Medicis Regum quondam Galliæ matris repoſitos; quos ut id in quo verſor obſervarem perluſtravi, & Accentus vix in ullo deſiderari deprehendi. Addam & illud non infirmum teſtimonium, me Anicii in templo D. Mariæ ſacro, vidiſſe utriuſque Teſtamenti volumen manuſcriptum quo D. Hieronymum vſum fuiſſe Canonici certò tenent, in quo nullæ Accentuum notæ deſiderantur. Sanè licet plurimi faciam Gulielmi ſententiam; neſcio tamen quomodo conciliari poſſit hoc ultimum, quod aſſerit de volumine novi, ac veteris Teſtamenti à D. Hieronymo adhibitum, cum illo, quod prodit Voſſius lib. 2. c. 8. Artis Gram. & Scaliger in Animadverſ. Euſeb. ad annum 1436. Volunt enim D. Hieronymi ætate Accentus nullos apud Græcos fuiſſe hoc adducti indicio, quod ipſe in Commentario in 14. Zachariæ caput ἄγνον arborem dici ait, quòd caſta ſit. Verùm aliud ἄγνος *vitex*, aliud ἁγνος *caſtus*, ut videre cuiquam eſt apud Dioſcoridem lib. 1. c. 136. qui ἄγνον dictam eſse refert ἀπὸ τοῦ à γονεύειν, quoniam in Theſmophoriis, Cereris ſacro, caſtitatem ſervantes mulieres, ejus folia ſibi ſubſternebant. Idem cùm

κα.

Digitized by Google

καθαιρει ſcriptum eſset, tranſtulit *ſubvertit*, cùm debuerit transferre *emundavit* quia eſt καθαῖρει, non καθαιρεῖ. Sed non eſt quod tam levi conjecturâ à ſententiâ diſcedamus. Nam ex eo, quod Hieronymus tales voces minus rectè interpretatus ſit; non exinde ſequitur, accētus illius ævo extitiſse, ſed tantùm vetuſtiſſimum Prophetarum codicem habuiſse præ manibus Hieronymum, in quo cùm apices non eſsent, facilè inde fuit in errorem, ſi error dicendus ſit, impellere. Præterea ipſum apicibus in Græcis vocibus uſum, illius opera ex antiquiſſimis Manuſcriptis teſtantur: nec verò quod protulit cap. 14. Zachariæ ex propriâ ſententiâ tradit, inquit enim: *Et in ramis ſalicis & populi, quam quidam unam arborem vocant, ipſumque ligni nomen, quod Græcè dicitur ἀγνὸς indicat caſtitatem*. Ulteriùs proſtant duo MSS. in Bibliothecâ Colbertinâ, ubi S. Joannis Chryſoſtomi Epiſtolæ apicibus diſtinctæ ut S. Epiphanii opera ſimiliter notata, ut teſtatur vir inſignis Dionyſius Petavius, & S. Gregorii Nazianzeni in Bibliothecâ Mediceâ; & tamen hi Patres vel coævi Hieronymo fuerunt, vel anteceſserunt; ex quo videas, quàm perperam affirmatum ſit, D. Hieronymi ætate apices non extitiſse. Sanè mos hic adnotandi accentus Græcis dictionibus ad noſtra uſque tempora perduravit; non ita tamen, ut non ſint ſtudioſi moris antiqui,

qui

Digitized by Google

qui à ſuis ſcriptis omnino prohibeant, atque profligent. Nos itaque communiorem ſecuti conſuetudinem, cui plurimùm, etiam Fabio adſtipulante, inſervit Orthographia, quædam trademus præcepta de illorum collocatione, & illa quidem quoad fieri poterit breviſſima, non tamen manca.

Canones de Accentuum Græcorum Collocatione.

CAPUT IV.

I. ACcentuum ſedes perpetua in Græcis Nominibus, Verbiſque non eſt; ſed in conjugando, aut declinando variatur, deque unâ in aliam ſyllabam transfertur. Triplicem autem tantummodo locum obtinere poteſt in quacumque voce Accentus: vel enim habebit ultimam ſyllabam, penultimam, aut antepenultimam, juxta Toni, quem exigit, varietatem. Hos eoſdem omninò Græcis eſse ac Latinis dictum Cap. 2. num. 4. hujus Partis.

1. Accentus Acutus ponitur in ultimâ ſyllabâ. Vltra verò tertiam ab ultimâ ſyllabam, non progreditur, ut dicebam, Accentus.

2. Gravis in ultimâ tantùm ſyllabâ locum habet. Et præterea quæcumque alia vel

Acu-

acuto careat vel flexo, Gravi affecta intelligatur, quamvis expreſsè non ſignetur; proindeq́ue hic dicitur Accentus ſyllabicus.

3. Circumflexus ultimam, & penultimam afficit ſyllabam, quas ſemper longas eſse monſtrat.

Vocabulum ſi Acuto afficiatur in ultimâ ſyllabâ, appellatur *axytonum*, *acutum*, ſeu *acutiſonum*: ſi in penultimâ, *paroxytonum*, ſeu *penacutum*: ſi in antepenultimâ, *proparoxytonum*, ſeu *antenacutum*. Oxytona in Orationis contextu acutum in gravem mutant, & tunc *enclinomena*, ſive *inclinata* nominantur. Excipias tamen ſi ſequatur enclitica dictio, aut finiat periodum, ut: θεοῦ μου. δ᾽ἔργματα πάντα θεοῦ. Hunc morem gravandi in contextu quæ alioqui acuta ſunt acceperunt à Græcis Latini; ut infra docebimus.

Si notetur Gravi in ultimâ vocabulum, *barytonum*, ſeu *gravitonum* nuncupatur.

Si flexum habeat in penultimâ, dicitur *pro periſpomenon*, aut *penamflexum*: ſi in ultimâ, *periſpomenon*, *circumflexum*, *inflexum*, & *amflexum*.

II. Nominum alia *pariſyllabâ* ſunt, & alia *impariſyllaba*. Pariſyllaba ſunt, quæ ubique habent æquales numero ſyllabas. Impariſyllaba, quæ in caſibus obliquis Nominativum ſingularem unâ ſyllabâ excedunt. In pariſiyllabis igitur rectè Accentum collocabimus,

in-

Digitized by Google

inveſtigato priùs Nominativi ſingularis tono, qui ſi fuerit

1. Acutus in ultimâ, Genitivus, & Dativus circumflectuntur, tam in ſingulari, quàm in plurali numero: reliqui verò caſus retinebunt Acutum, ut: θεός *Deus*, θεοῦ, θεῷ θεόν, θεοί, θεῶν, θεοῖς, θεούς.

Si fuerit Acutus in penultimâ, eandem ſedem perpetuò ſervabit, ut: λόγος *ſermo* λόγου, λόγῳ, & ſic in reliquis.

Si in antepenultimâ, tranſibit in penultimam, quoties ultima ſit longa, ut: ἄνθρωπος, ἀνθρώπου, ἀνθρώπῳ &c.

2. Si Tonus Nominativi ſingularis fuerit Gravis in ultimâ, ſervata eâdem ſede mutabitur in Accentum articuli præpoſitivi, ut: καρπὸς *fructus*, τοῦ καρποῦ, τοῦ, τῷ καρπῷ, τὸν καρπὸν.

3. Si Circumflexus in penultimâ, tranſit in acutum, quando ultima ſit longa, ut: μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ &c. In ultimâ nominum ſyllabâ flexus, vix reperitur.

III. Pro Nominibus Impariſyllabis conſiderandus eſt itidem Nominativi Accentus, qui ſi extiterit

1. Acutus in ultimâ ſyllabâ, transfertur in penultimam obliquorum, ut: τριάς, τριάδος, τριάδι. Quod ſi penultima naturâ longa fuerit, circumflectitur quoties ultima ſit brevis, aut anceps, ut σωτήρ, σωτῆρος.

Si in penultimâ, migrat in antepenultimam

mam obliquorum, quoties ultima ſit brevis; ſeu, quod idem eſt, retinet ſedem, quam priùs habuit, ut: μάρτυς, μάρτυρος. &c.

Si in antepenultimâ, manet in eâdem ſede, dummodo ultima vel brevis, vel anceps ſit: ut: ἐπιγράμμα, ἐπίγραμματος; ſed ſi ultima fuerit longa tunc occupabit penultimam, ut: ἐπιγράμματων.

2. Cùm Gravis tenebit ultimam ſyllabam, tranſibit in penultimam obliquorum, ſi ultima breviatur, & acuitur, ut: λαμπὰς, λαμπάδος.

3. Quando Circumflexus erit in penultimâ recti, transfertur in antepenultimam, modò ultima brevis, aut anceps ſit, ut: βῆμα, βήματος.

Pro nominibus Contractis, notandum eſt, quòd ſi Acutus occupet ſyllabam, in quâ debet fieri contractio, in Circumflexum degenerat, ut: τῦ τέλεως. τέλυς. Similiter advertendum diphthongos αι, & οι in fine dictionis pro brevibus haberi in ratione Accentuum.

IV. Verborum, & Participiorum Accentus omnes hîc recenſere ſingillatim, eorumque collocationem præſcribere, plenum laboris opus, ac fortaſſis poſtea inutile eſſet; cùm quot tempora, & modi, tot eorum permutationes videantur; quare obſervandi erunt in præcipuis verborum Conjugationibus τύπτω, τύπτομαι, φιλέω, τιμάω, τίθημι, ἵστημι,

quas

quas probè calleat neceſſe eſt, qui Græca studia affectat; ipſo enim tempore, quo eas memoriæ commendabit, varietatem, ac permutationes poterit obſervare. Ut enim aiebat Tullius 1. de Orat. *Uſus frequens, omnium magiſtrorum præcepta ſuperat*. Subdam tamen aliqua, quæ ſingularia ſunt de verbo ἐστι. Hoc enim ſi initio Orationis ponatur, aut immediate poſtponatur adverbiis, οὐκ, ὡς; καὶ εἰ, ἀλλὰ, & τοῦτο habet acutum in primâ. Amittit Accentum, cùm ſequitur dictioni habenti, aut acutum, aut flexum in ultimâ, ut: ἑρμῆς ἐστι. Retinet in ultimâ Accentum, ſi dictio quæ præcedit acuatur in penultimâ, aut circumflectatur, ultimâ exiſtente poſitione longâ, ut: λόγος ἐστι, φοῖνιξ ἐστὶ. Si præcedens dictio flexum teneat in penultimâ, aut acuatur in antepenultimâ, transfertur verbi Accentus in ultimâ vocum illarum ſyllabâ, ultima longa ut; σῶμα' ἐστι; ἄνθρωπός ἐστι.

Pro Verbis autem Contractis idem ſtatuendum eſt ac de Nominibus. Interdum tamen in iſtis Acutus remanet in penultimâ, etiam factâ contractione; quando nempe ultima longa eſt, ut: φιλεέσθω, φιλείσθω &c.

V. Præpoſitiones omnes diſyllabæ gravant ultimam, ut: ἀπὸ, παρὰ, περὶ &c. Quando per Anaſtrophen Figuram ſuo caſui poſtponitur Præpoſitio, tunc Accentus retrahi-

tur ad priorem Præpoſitionis ſyllabam, ut: ψυχῆς πέρι, pro περὶ ψυχῆς. Hoc ipſum in Latinis Præpoſitionibus faciendum putavit Jodocus Vvillichius Proſod. c. 8. num. 4. his verbis: *Hanc* (Tranſportationem, ſeu Anaſtrophen) *ſpectare video tantùm ad Præpoſitiones, quæ ſi caſibus ſuis, quemadmodum natura illarum exigit, præpoſitæ fuerint, gravantur; ſin autem poſtpoſitæ priorem acuunt.* v.g. *Contrà Italiam, Italiam cóntra.* Hanc ſententiam roborare contendit auctoritate Quintil.l.1.c.5. Verum quidquid ſit de horum Scriptorum opinione; hic ſanè mos non videtur à vulgo receptus. Cùm Præpoſitiones fiunt verba, transferunt Accentum in priorem ſyllabam, ut ἔπι pro ἔπεστι, πέρι, pro περίεστι &c. Datur tamen Præpoſitionem retraxiſſe Tonum in priori ſyllabâ, & tamen nec ſtare pro verbo, neque Anaſtrophen pati, ut in ἄπο notat Franciſcus Vigerius de Græc. idiotiſmis c.9.ſect.1.numer.16. exemplo Xiphilini in Pompejo. οἷς μὲν τοίγε ἄπο γῆς ἐγένοντο. ideſt; *cùm procul à terrâ navigarent.*

VI. Adverbia, aliæque particulæ indeclinabiles non variant Accentum. Encliticæ dictiones monoſyllabæ transferunt Accentum in dictionis præcedentis finalem ſyllabam, eam acuentes. Hoc tamen tantummodo fit, vel cùm præcedens habet acutum in antepenultimâ, ut: ἄνθρωπός τις; vel flexum in pe-

penultimâ, ut: σῶμά τι; aut denique penultimam poſitione longam, ut: ἄνδρά μοι. Si verò plures occurrant Encliticæ prior recipiet poſterioris Accentum. Cæterum ſi præcedens dictio teneat acutum in penultimâ, Enclitica monoſyllaba perdit Accentum, ut: λόγος μυ. Itidem ſi teneat in ultimâ, ut: πατήρ μου. Similiter ſi flexum in eâdem ſyllabâ ultimâ, ut: ὁρῶ με. Si Encliticæ polyſyllabæ fuerint, non perdunt tenores, niſi cùm præceſſerit dictio habens acutum in ultimâ, ut: λόγος τινὸς. Advertendum quaſdam dictiones eſſe omni prorſus Accentu deſtitutas, ut: ὁ, ἡ, οἱ αἱ, εἰς, ἐκ, ἐξ, ἐν, ὐ, ὐκ &c; quæ nihilominus ſi præcedent Encliticas in oratione, illarum ſuſcipient tenores. Similiter, ſi in partibus declinabilibus vocalis acuto, aut gravi ſignata per Apoſtrophum abjiciatur, Accentus transfertur in priorem ſyllabam, ut καλά' κάλ' &c. In partibus verò indeclinabilibus unà cum vocali deperditur, ut: περ' ἁπάντων, pro περὶ ἁπάντων.

VII. Prætereundum poſtremò non eſt, uſum per hæc tempora invaluiſſe, ut Maiuſculæ aut dictionem integram perficientes, aut capiti minuſcularum conſtitutæ, nullo ſignentur apice, aut ſpiritu. v. g. ΝΙΚΟΛΑΟΣ, Ευσεβιος &c. Imitantur autem in hoc antiquam ſcribendi formam, quam omni accentu fuiſſe deſtitutam ſupra diximus, & lapides o-

Digitized by Google

mnes monſtrāt. Sunt tamen ex recentioribus alii, qui ſignare conſueſcunt immediatè poſt ſyllabam Accentum exigentem, hoc pacto. ΤΟΥ͂ Α῾ΓΙ´ΟΥ ΚΟΣ´ΜΟΥ. Α´ρεος, Ι῞τρια &c. Et hi quidem meo judicio ſatis accommodatiùs, cùm frequentiſſimè accidat, ut alicujus, aut Spiritûs, aut Accentûs in ſcribendo negligentiâ, æquivocationes oboriantur, quarum origo ſummopere vitanda eſt. Antiquiores editiones, & MSS. majuſculis nullâ characteris habitâ ratione Tonos ſuperimponebant, ac Spiritus, ex. g. ΟΥ῟ ΔῈ ΤΟΥ͂ ῬῊΤΟΡΟΣ; ut obſervare cuidam fuit ex Operibus Divi Gregorii Nazianzeni Græcè in Bibliothecâ Catherinæ de Medicis, Baſilio Imperatori data, ac ab eodem, & Filiis conſervata, in quibus quamvis ferè ubique videantur majuſculæ literæ, nihilominus ſolerter & Spiritus, & Accentus ponuntur. Accuratiores typi interdum nominibus propriis Hominum, Locorum, Montium, & hujuſmodi lineolam ad clariorem ſenſus perceptionem superinducunt, quod nulli cenſeo improbandum, ut: Τηλε´μαχος, Καλύψῶς.

Et hæc de Accentuum collocatione ſatis dicta ſint. Neque enim in his longiùs progredi mens eſt, utpote præcepta omnibus Grammaticis communia.

Digitized by Google

De proprio uniuſcuiuſque Latinæ dictionis Accentu.

CAPUT V.

I. LIcèt hoc nos labore levaverint ſummi Viri, qui de hac ipsâ re diſſertè ſatis egere, ut eſt Priſcianus, Capella, Deſpauterius, Majoragius in Epiſtolicis quæſt. 9. Marcus Corradus l. 2. de L. L. Lipſius de Pronunc. L. L. c. 20. Vvillichius Proſod. cap. 8. aliique, aliquas tamen Regulas & nos afferre vel illud adegit, quòd ſciamus eſſe hujus loci proprias; *eoq; magis,* ut ajebat Fabius, *impetrandam veniam,* puto, *ſi ne minora quidem illa, verùm operi quod inſtituimus neceſſaria, præterierim;* cùm præſertim *veterem materiam novam fieri, & ex vetere novum ædificium novâ curâ inſtaurari poſſe nemo diffiteatur,* ut affirmat Hieronym. ep. 30. Igitur

Dictio quæque Tonum monoſyllaba geſtat Acutum,
Dum brevis hæc fuerit; ſeu conſona bina, dupléxve
Ponè ſequens veniat: naturâ flectito longam.

1. Monoſyllaba dictio, quæ brevis ſit, aut poſitione longa acuitur, ut: *vír, móns*. Si verò ſuâpte naturâ longa extiterit, flectitur, ut *ſpês, rûs*.

Syllaba poſterior, vox cùm diſſyllaba, debet
Eſſe gravata; brevis quodſi ſit, primaq; longa
Tunc primam flexo ſignes; ſecùs affice acuto.

2. In diſſyllabis vocibus poſterior gravatur, prior autem ſi habeat ſequentem brevem, ſitque naturâ longâ, flectitur, ut: *flôris*, *Rôma, dôtis*. Cæterum ij malè docent qui, omnem diſſyllabam dictionem cenſent priorem habere acutam, nullâ ratione adducti, niſi quòd circumflexum ab acuto parum diſcerni autument: quod quàm à veritate alienum ſit, citra negotium patet.

Vox quoque ſi fuerit polyſyllaba gaudet acuto
Ultima cui brevis eſt; & tertia ſyllaba ab illâ
Signatur, Dóminus veluti. Penultima verùm
Si producta, breviſq; venit, tunc addito flexum:
Aſt contrà, ſi longa venit, ſervabit acutum.
Ac tandem vocum quævis tibi ſyllaba reſtat
Depingenda gravi eſt: cùm jam tonus abſit uterque.

3. Dictiones plurium ſyllabarum, quibus penultima brevis eſt, acuunt antepenultimam, ut: *dóminus, cóelitus, cóndita*. Si penultima fuerit longa, ultimâ remanente brevi, circumflectitur, ut: *Germânus*, *Românus*, *ornâris* &c. Si penultima maneat longa aut poſitione, & ultimâ naturâ longa, acuitur, ut: *indócti, fenéſtræ, tabéllæ*. Si penultima fuerit communis ſyllaba, proſâ Oratione acuetur antepenultima, ut *phâretram, ténebræ,*

vó-

vólucres : at in verſu Poëtæ ob metri neceſſitatem eundem Accentum in penultimam quandoque transferunt, ut teſtatur Quintil. l. 1. Inſtit. Orat. cap. 9. *Evenit*, ait, *ut metri quoque conditio mutet Accentum, ut Georg. 3. Pecudes Pictæq; volúcres; nam volúcres mediâ acutâ legam; quia etſi naturâ brevis, tamen poſitione longa eſt, ne faciat Jambum quem non recipit verſus heroicus.* Tandem ſicut in diſſyllabis; ita & in polyſyllabis ultima gravem recipit Accentum, ut *peditès, civibùs*.

II. Omnes dictos Canones paucis comprehendit Vir Clariſſimus Jo: Caramuel in ſuâ Gram. Audaci parte 2. art. 3. ubi hæc habet. *Pro Accentibus binæ regulæ ponendæ ſunt: aliæ quæ reſpiciant calamum. Pro linguâ iſtæ. I. In pronunciatione præter Accentum acutum nullus eſt. II. Nulla dictio Latina habet accentum in ultimâ; omnes in penultimâ, aut antepenultimâ. III. Si penultima ſit longa acuitur; ſi brevis, acuitur antepenultima, ſive ſit longa, ſive brevis. IV. Acuitio (quid veteres dixerint) eſt vocalis productio.* Eximuntur à præfatis Regulis compoſita à *fio*, & *facio*, in quibus tenor in ſimplicis fine transfertur *calefácit, calefís, calefít*. Priſcianus lib. 8. *Si facio, vel fio integris manentibus, aliud verbum ante ea componatur; non ſolùm ſignificationes, & conjugationes integras in ijs ſervamus; ſed ètiam accentus, ut: calefacio calefácis, calefácit. In ſecundâ enim, & tertiâ perſonâ penultimas acuimus;*

quam-

Digitized by Google

quamvis ſint breves; ſimiliter in calefio, calefís, calefít, tepefio, tepefís, tepefít, finales ſervant accentus in ſecundâ, ac tertiâ perſonâ, quos habent in ſimplicibus.

III. In vocativis ſecundæ apocopatis tonus idem manet in dictione reſciſsâ, qui fuit in integrâ, ut: *Virgílius, Virgíli*: *Ovídius, Ovídi*: *Antónius, Antóni*: *Valérius, Valéri*: &c. Nec valet, quod Nigidius Figulus docuerit, primam in *Valeri* acuendam eſſe Commentar. Grammat. 24. nam, ut inquit Gellius cap. 24. lib. 13. *Si quis nunc Valerium appellans in caſu vocandi, ſecundum id præceptum Nigidii, acuerit primam, non aberit quin videatur.* Priſcianus lib. 7. ſententiam ſuam protulit, cùm ait: *Juniores gaudentes brevitate per extremæ ſyllabæ abſciſſionem protulerunt pro Virgilie, Virgili; & pro Mercurie, Mercuri, ut Horat. in primo Carminum.*

Mercuri facunde Nepos Atlantis

In eodem Od. 24. v. 9.

Multis ille bonis flebilis occidit
Nulli flebilior, quàm tibi, Virgili

Unde Accentus perfecti Vocativi in his ſervatur: Si enim non eſſet hujuſmodi abſciſſio, debuerunt hujuſmodi Vocativi, ideſt qui in I deſinentes, penultimam correptam habent, antepenultimam acuere, ut: Vírgili, Mércuri, quod minimè licet. Priſciano ſubſcribunt Aldus, Verrepæus libr. 4. Reg. 3. Except. 3. Voſſius lib. 2. cap. 40. Ego verò omnibus

Digitized by Google

nibus auctor eſſem, cùm jam proſâ Oratione abuſus obtinuerit, contemptâ ſyllabæ brevitate ejuſmodi voces mediâ acutâ proferre, ſcientiam ſibi hujus rei reſervare, & cum vulgò, quod fecit & Tullius, loqui; præcipuè cùm faciliùs ſit Herculi clavam extorquere de manu, quàm hujuſmodi jam ſeneſcens vitium divellere. Præterquam quod probabile eſt ut arguit Voſſius, & veteres ita locutos, producentes in vocativis penultimam *Mercúri, Virgíli, Æmúli, Valéri* &c. Verba ſiquidem Priſciani ita interpretatus eſt, nempe quòd primùm, uti apud Græcos fit, *Mercúrie*, & *Virgílie* diceretur, paulatim verò E extimum, quod primùm exiliter admodum ſonabat, planè omitteretur; ſed accentu veteri reſervato. Nec Priſciani demum ævo; ſed jam Hadriani Cæſaris temporibus hæc conſuetudo obtinebat. Porrò in carmine ejuſmodi voces accentuum in antepenultima exigere, ratio ipſa docet, & auctoritas, cum breves ſint penultimæ ſyllabæ. Nec eſt quod contendat ſummus vir P. Ricciolius Proſod. Ref. part. 8. cap. 2. Append. 3. ſe malle antepenultimâ acutâ tales dictiones enunciare, ne ſine neceſſitate anſam det imperitis producendi penultimam, neve antiquam ſermonis Latini regulam violet; & Nebriſſenſis cap. de Accen. ſe tantum Nigidio tribuere, ut licentiùs velit cum eo errare, quàm cum

om-

omnibus Grammaticis verum dicere. Nam nimium ſibi hos tribuere quis non videat? Cùm putent aut omnes Grammaticos ab eâ ſententiâ diſceſſuros, cui ipſi non ſuffragentur, aut omnes cum Nigidio locuturos, quòd ipſi ita loquantur. Æquiorem ſanè hac de re ſenſum protulit Emmanuel, qui l.3.c.25. Præc.II non auſus Gellii auctoritati, ſanoque judicio contraire, indefinitam reliquit. Verùm, ut puto, nec aliter à nobis idem Ricciolius extulit *Ambroſii*, *Gregori &c.* quidquid ſe aliter prolaturum affirmet. Videmus enim ſæpe meliora, deteriora ſequimur, at non proinde cum Hippocrate, Tullio, aliiſque hallucinationes erroreſque noſtros aut retractamus, aut confitemur. Nec propterea hæc eò dicta velim, quod erroris damnem illorum ſententiam, cùm & ipſe fatear, ſi brevitatis ratio habenda ſit, ut habenda eſſet, ſic pronunciandum eſſe: quod minùs probo, eſt, quod tot doctiſſimorum hominum auctoritatem vili pendeant, ſeque tantùm rectè in hoc ſentire jactent; cùm tot ante ipſos hoc vulgi vitium animadverterint, nec proindè ab illo in loquendo receſſerint. Sed ad alia veniamus: in omni ſiquidem revidendum ne quid nimis.

IV. Annianus Poëta, ut refert Gellius lib.7. c.7. cujus ferè verbis hæc enuncio, præter ingenii amœnitates, literarum quoque vete-

veterum, & rationum in literis oppidò quàm peritus fuit, & ſermocinabatur mirâ quadam, & ſcitâ ſuavitate. Is *áffatim*, ut *admodum* primâ acutâ, non mediâ pronunciabat, atque ita veteres locutos cenſebat. Itaque ſe audiente Probum Grammaticum hos verſus in Plauti Ciſtellariâ legiſſe dicit

Potin' es tu homo facinus facere ſtrenuum?
Aliorum eſt áffatim qui faciant:

Cauſamque eſſe huic Accentui dicebat, quod *affatim* non eſſent duæ partes orationis, ſed utraque pars in unam vocem coaluiſſe, ſicuti in eo quoque, quod *exádverſum* dicimus, ſecundam ſyllabam debere acui exiſtimabat, quoniam una, non duæ eſſent Orationis partes. Addebat etiam quod *Ad* proverbium tum fermè acueretur, cùm ſignificaret intenſionem ſicuti; *Adfabre*, & *Admodum*, & *Adprobè* dicuntur. Cætera quidem ſatis commodè Annianus: ſed quod hanc particulam *Ad* ſemper cùm intenſionem ſignificaret, acui putavit, non id perpetuum videtur. Nam & *adoptus* cùm dicimus, & *adprimus*, & *adprimè* intenſio in his verbis demonſtratur; neque tamen *Ad* particula ſatis commodè Accentu acuto pronunciatur. *Adprobus* tamen quod ſignificat valdè probus, non inficias eo quod primâ ſyllabâ acui debeat. Cauſa autem eſt, quod *adoptus*, & *adprime &c.* non acuant antepenultimam, quia ſyllaba

in

inſequitur naturâ longior, quæ non fermè patitur acui priorem.

V. Cæterum, quod caput eſt, Accentuum nobis corrupta eſt pronunciatio. Priſci in vocum prolatione quantitatis ſimul, atque Accentûs ſervabant rationem; nos verò non ſolùm hoc more deſtituti ſumus, verum & eò redacti, ut differentiam inter acutum, & flexum non percipiamus. Circumflexi enim uſus, ut inquit Joachimus Camerarius, *hodiè in ſcribendo magis, quàm in pronunciando reſtat; neque enim quiſquam fere nunc ita pronunciat; ut ullum diſcrimen inter acutum, & circumflexum agnoſcat. Nam ſive* Serénus, *ſive* Sacêrdos *dicat aliquis eandem pronunciationem, eundemque tonum ubiquè audis; cum tamen alterum nomen mediam naturâ circumflexam, alterum acutam modò habeat.* Unde & ipſe in eâ ſum opinione cum erudítiſſimo Caramuele, unicum Accentum acutum nobis eſſe; quod idem ſenſiſſe jampridem Philippum Melanchthonem compertum habeo, ſimulque traditum, tum in Grammat. Philippo Romeâ Hebornæ Naſſoviorum impreſsâ an. 1602. tùm in Bremenſi anno 1611. in quâ cap. de Accentu hæc lego: *Ad iſtam ſonorum varietatem, & ſuavitatem Latinorum aures jampridem obſurduerunt &c. Acutus jampridem ſolus pronunciatur, vel potiùs pro quovis Accentu mora quædam adhibetur, quæ ſane dicatur accentus.*

Por-

Porrò ſi quempiam rogavero ex iis, qui tot verborum involucris Accentuum varietatem aſſignare credunt, ut diſcrimen aſſignent aurium judicio perceptibile, inter *Benedicte*, & *benedictè*; *benedictâ*, & *benedicta*: nullam profectò reor futurum, qui poſſit aſſignare; ut liquidiùs pateat, rectam accentuum prolationem, & differentiam incognitam nobis eſſe.

De accentuum ſede in dictionibus Græcolatinis pronunciandis, ſcribendis, & de differentiâ inter Accentum, & ſyllabæ quantitatem, egere Voſſius, Nebriſſenſis, Verrepæus, Ricciolius, aliique, quos conſule.

De uſu Accentuum in Latinis vocibus ſcribendis: ac primùm Acuti.

CAPUT VI.

I. VIdimus hucuſque, quem ex Accentibus ſibi velit quælibet Latina dictio quoad pronunciationem; reſtat, ut videamus, quemnam exigat qnoad ſcriptionem. Quia verò maximi momenti res eſt; ideò longiùs hac in re immorabimur diſtinctiſque capitibus, juxta eorundem tonorum varietatem, proprium cuique locum indibimus. Sciant autem omnes, qui rectæ ſcriptioni ſtudent; tunc ſe multùm profeciſſe, cùm

ſub-

Digitized by Google

ſubſequentia ad praxim apprimè noverint redigere præcepta. Exordium itaque faciat Acutus.

Syllaba; quæ encliticam precedit, gaudet Acuto;
Sin ſextus præerit caſus, moderamine flexo.

II. Accentus Acutus ſemper ſuperinſcribendus eſt ſyllabæ omni, quæ encliticam proximè antecedit, ut: *hujúſce, illéne, adverſaq; Latiúmque.* Ita cenſent ferè omnes Grammatici; atque ita uſus invaluit. Servius 1. Æneid. ſic ait: *Pronunciationis causâ ſyllabis ultimis, quibus particulæ adjunguntur, accentus tribuitur, ut: muſáq;, illéne, hujúſce.* Diomedes lib. 2. *Complexiva conjunctio, ſive copulativa* que, *& disjunctiva* ve, *& dubitativa* ne *adjunctæ verbis, & ipſæ omittunt faſtigium, & proximè collocant.* Martianus Capella lib. 3. *Mutant accentus adjunctis vocibus* que, ve, ne: *cùm tamen explctivâ conjunctione* que: ve *cum expletivâ*, ut: Latiumque augeſcere vultis: & ſtimulove meum cor, *apud Actium in Pelopidis. Nunquam migrabit acutus ſonus de primis ſyllabis in poſtremas, præter particulas conjunctas, quarum hoc proprium eſt acuere partes extremas vocum, quibus adjunguntur.* Vvillichius Proſod. cap. 8. num. 5. *Neceſſitas, ab aliis attractio, à Græcis ἔγκλισις vocatur. Nam hæc in encliticis particulis tantùm conſiſtit,* que, ne, ve, *quæ dictionibus quibuslibet ſubjunctæ, tonum in præce-*

den-

Digitized by Google

dentis dictionis ultimam ſyllabam transferunt, ut: dominuſque, hominumque, Deumque; *in quibus uterque tonorum efferri debet, & acceſſorius* διὰ ἔγκλισιν, *& naturalis.* Claudit Voſſius, & ipſe quaſdam ex dictis auctoritatibus l. 2. de Art. Gram. c. 9. adducens. *Locum integrum adſcripſi; ut pateat, accentum ſemper imponendum eſſe ei ſyllabæ, quæ encliticam proximè antecedit.* Neu dicas nullum fore diſcrimen inter nominativum, ac ablativum v. g. primæ Declin. ſi ſcribatur *muſáq; terráq;* &c. eſt enim: nam ſi caſus rectus fuerit, acuitur; ſin ablativus, circumflectitur; *muſâque, terrâque.*

III. Scio tamen doctiſſimos viros, quos inter Paulus Meliſſus in Epiſtolâ ad Henric. Steph. malle ſcribi *térraque, múſaque* juxta pronunciationis praxim; verum hunc redarguit noſter Gerardus loco ſuprà laudato, monetque, hæc ex pronunciatione vulgari non eſſe æſtimanda; cùm noſtrum modò non ſit, ut veterum fuit, & accentûs, & quantitatis habere rationem in prolatione. *Itaque;* quando ſumitur pro *igitur* nullo ſcribitur apice; acuitur verò in ſecundâ, cùm *que* eſt enclitica; quia tunc ſumitur pro *& ita*; ut apud Terentium: *Ita volo, itaq; poſtulo ut fiat:* & in hoc Cic. de Cl. Oratorib. *Homines mihi ita chari, itaque jucundi, ut* &c. Typographi ſacris præſertim in libris, qui ad publicam, elatamque pronunciationem ſunt inſtituti,

Digitized by Google

voces polyſyllabas acuto afficiunt; prout quantitatis ratio exigere videtur. v. g. *Dixérunt, Samaritáni, circúmdatus, óccidit* &c. Negligunt verò hujuſmodi apicem, ſi vox initialem habeat majuſculam literam, ut: *Iſraël, Angelus,* ſive ſupra diphthongum cadat, ut: *adhæſit, ſæculum*: aut ſupra Ypſilon in *tympano, cymbalis*, & his ſimilibus. Balthaſſar Moretus, vir eruditiſſimus apud Antuerpienſes, officinæ Plantinianæ Dominus, Miſſalium, ac Breviariorum editionibus, accentum acutum addidit, gravi, & flexo retentis; contrà quem hodie faciunt, qui acuto retento reliquos, aut minimùm flexum expunxerunt. Sed libros Eccleſiaſticos iſte mos, non alios concernit.

IV. Notandum, quod etſi multæ voces ſignandæ eſsent acuto, quia acutè enunciantur, ut *poné* adv. *minús, parúm, multúm, potiús* &c, nihilominus gravi ſignantur; eſtque mos receptus à Græcis (ut ſuperiùs cap. 4. num. 1. indicavi) qui cum ultimam acuant in pronunciando, itidem tamen in ſcribendo gravant; quia acutus, ut aiunt, in gravem commutatur ob contextum orationis. Huic legi invitus ſeſe accommodat Voſſius, qui lib. 2. c. 9. ſe ſe his verbis expreſſit: *Interea eſt quo nec Corradi ſententiæ calculum meum adjicere poſſim, ut, cum vulgi ſecutus conſuetudinem, adverbiis, ac præpoſitionibus imponere jubet accentum gravem,*

quo

Digitized by Google

quo à nominibus, ac verbis diſtinguantur. Quippe nunquam in jis accentus is locum habet; ſed vel acutus, ſi correpta ſit; vel circumflexus, ſi porrecta. Et quidem huic ſententiæ ſuæ non parum roboris dare videntur hæc Quintiliani verba l. 1. c. 5. *Cæterùm ſcio quoſdam eruditos, nonnullos etiam Grammaticos ſic docere, ac loqui; ut propter quædam vocum diſcrimina, verbum interim acuto ſono liniant, ut in illis.* Quæ circùm littora, circùm priſcos ſcopulos, *ne ſi gravem poſuerint ſecundum* Circus *dici videatur, non* circuitus &c. Et hæc Victorini: *Adverbium Poné poſteriore acutum recipit accentum, ne ſit verbum.* Feſtus. *Quando, cùm gravi voce pronunciatur ſignificat quoniam, & eſt conjunctio; quandò acuto accentu, eſt temporis adverbium.* Ad has ſimileſque auctoritates dico in his caſibus tollendam eſſe multiplicitatem accentuum; ideoque conſueverunt Scriptores, ſuadentibus Grammaticis, *circùm, ponè* &c. quando adverbia ſunt, ſignare gravi; quâ notâ ſtatim à nominibus diſcernimus, quæ nullo prorſus ſigno afficimus. v. g. *Quæſo, iram* pone *tuam; neve* circum *ingrediare, tam pravis cogitationibus deceptus. Milites* circùm *adſtant, urgent hoſtium inſidiæ, antè,* ponè *ad dexteram, ad lævam, ſurſum, deorſum* &c.

V. Poſtremò advertendum eſt, nonnullos Typographos ſolere accentum acutum, ſi ſequatur expletiva *que*, ponere non ſupra

q expletivæ particulæ: v. g. *terraq́*; *muſaq́ue*, non *terraq́ue, muſaq́ue*: & cauſam eam credo, quod brevitatis amantes, & minoris tædii, compendiariâ hac tantùm notâ q́; ſuo accentu diſtinctâ, ſe labore levabant diſtinguendi ſingulas vocales ſuis quibuſque accentibus, quæ dictam encliticam anteire poſsent. Verùm cur non hoc ipſum factum eſt in *ve*, & *ne*? Nempe quia non facilè fuit breviare; ut vel ex hoc ipſo dignoſcamus Typographorum illud inventum extitiſſe. Melius igitur eſset juxta Grammaticorum præſcriptum ſyllabæ encliticam præcedenti accentum acutum imponere, latinè ſcribentes.

VI. Ad evitandam autem vocum æquivocationem, quando iiſdem literis aliud degnari poſſit, Itali conſuevere acutum ponere in antepenultimâ, quando penultima brevis fuerit: v. g. *pérdono* latinè amittunt, ne confundatur cum *perdóno*, ideſt venia. Si verò penultima longa ſit, eidem apponere; ut *Balía* poteſtas; *gía* ibat; ut optimè notavit Abbas aliàs laudatus Jo: Marius Creſcimbeni in Commentar. Hiſtoriæ Italicæ Poëſis vol.1.lib.6.cap. 16. quod quidem neceſsarium videtur ad diſtinctionem vocis *Balìa*, ideſt Nutrix; & *già* jam. Verùm non ad æquivocationem ſolùm tollendam, ſed etiam in aliis vocibus uſurpatum acutum

vi-

Digitized by Google

video à recentioribus, iiſque præcipuè, quæ cadunt in IA; ut *leggiadría, maeſtría, corteſía* &c. item *ſcopría*, ideſt *rapíva*, v per ſyncopen demptâ *rapía, ſparía*, ideſt, rapiebat; quod poëticè licet: & in IO *ſcoprío, rapío*, detexit, rapuit, quod pariter poëticum eſt. Olim quibuſque triſyllabis vocibus, aut poliſyllabis quibus penultima eſset brevis, in antepenultimâ ſuperpingebant: ex. g. *témpio*, *vídero*, *oſséquio* &c. hic autem uſus citiùs evanuit; & ſolùm in Romanis Miſsalibus retinetur; ut jam dixi. Apud Gallicæ linguę Scriptores ſuũ etiam habet uſum acutus in fine nonnullorũ nominũ per E exeuntium; ut *amitié, amitiés*, *aimé, aimés*. In ſupinis item verborum primæ conjugationis: ut *parlé, comblé, remarqué* &c. Item ubi ambiguitas eſse poſſit; ut *né* natus, *ne* non: *comté* comitatus, *comte* comes: *lé* latus, *le* articulus &c.

Uſus Accentûs Gravis.

CAPUT VII.

I. HUjus Accentûs uſum paucis hiſce carminibus in Adoleſcentium gratiam comprehendere viſum eſt.

Fine gravi quæcumque dabis præverbia, ne quis
Nomina crediderit, ſolùm *velut*, imò; profeċtò,

Præcipuè potiùs. *Sic quæ præponitur ipſis*
Dictio nominibus caſu ſpoliata, notetur.
Particula intendens pariter, quæ comparat, ut: quô
Major eris, minor es: longè pretioſior auro.

Gravi notantur in ultimâ ſyllabâ Adverbia, ſeu ut vocat Varro lib.5. de L.L. Præverbia, ne cum nominibus confundantur; ut *ſolùm, verùm, imò, profectò, præcipuè, egregiè* &c. Hoc præceptum receptiſſimum apud omnes eſt; nec eſt quod Grammaticorum auctoritatibus confirmem: hæ paucæ ſufficiant. Verrepæus l.4.Gram.Deſpauter. Reg.2. Annot. 3. dicit: *Indeclinabilia quædam accipiunt accentum in ultimâ, ut*: doctè, porrò, unà, *& ſimiles dictiones, quò differant à nominibus*. Joannes Caramuel Gram. Aud. par.2. art. 3. *Adverbia habent accentum gravem in ultimâ*, ut: ſanctè, doctè, facilè.

1. Præpoſitiones quoque gravantur, quæ caſum amittentes in adverbia degenerant, ut: *antè, circâ, ſuprà, pòſt, contrà, infrà, intrà, juxtà, propè, palàm, ponè, ſecùs, ultrà, ſuprà*, & id genus; ut videre eſt in ſequentibus exemplis. Terent. Eunuc.act.2. 2. *Ne pòſt conferas culpam in me*. Cic. 6. Fam. 8. *Earum literarum exemplum infrà ſcriptum eſt*. Virg. 2. Æn. *Ponè ſubit conjux*.

2. Intendendi particulæ ſimiliter notantur,

tur, comparativis addi ſolitæ, ut: *tantò aliquantò, eò, quò, multò, aliò, aliquò, paulò, nimiò, longè &c.* Cic. pro Mil. *Sed quò eſt illa magis divina, eò majore à te dolore divellor*. Id. de Sen. *Nec verò corpori ſolùm ſubveniendum eſt; ſed etiam menti, atque animo multò magis*. &c. Contra dictos canones nemo facilè peccet.

II. Non ſolùm in adverbiis, præpoſitionibus, atque intendendi particulis, ſed alibi quoque locum habet Gravis tonus: nam

A, E ſi caſus fuerint comitantia ſextos
Uſus habet, ratioq; probat tunc poſſe gravari.
Cùm *quoque, ni placeat potiùs* Quom *ſcribere, vel* Quum.
Sicq; graváſſe potes quæcumque pronomina, quando
Nequaquam proprio funguntur munere: lege
Ac parili tempus ſignantia adverbia tractes.

De A, E, præpoſitionibus ablativo inſervientibus non benè convenit apud omnes Scriptores num gravi donari debeant. Inprimis refragatur Aldus lib. de Orth. ſub literâ A pag. 7. *A pro A B, inquit ſine accentu ſcriberem ex antiquâ conſuetudine: quod ſi quando recipiendi, tunc videlicet, cùm ſententiam patefaciunt; ideoq; doctis quibuſdam viris aſſentior, qui* quòd, & quàm, *ne pronomina videantur, interdum apice ſupraſcripto notabant. At in A pro AB, in E pro EX, & in O ſi accentum addas, nihilo magis quid ſignificet, oſtendes*. Sed quod aliter fa-

Digitized by Google

ciamus ab Aldi præſcripto, hoc damus innovatæ conſuetudini: neque enim deſunt & qui hunc morem gravandi approbent; quos inter Priſcianus lib.2. de dictione, ubi inquit; *A propoſitio producitur, & gravatur in contextu.* Ex recentioribus idipſum ſentiunt Pantaleon, Paſſeratius, Jo: Caramuel Gram. Aud. p.2. art.3. aliique; Præterquam quod uſus hic apud omnes prorſus invaluit; ut ex omnium ſcriptis videre licet; quos non temere feciſſe credendum eſt, vel hoc ſaltèm motivo, quòd ita ſignatæ A & E, à, è, à vocalibus puris diſtinguerentur.

1. *Cùm* pro *quando* gravatur, niſi velimus ſcribere *quom* antiquo, aut *quum* retentiori modo. Quod ſi quæras, num melius ſcribatur per *C*, an per *Q*, reſpondeo de hujus dictionis orthographiâ varias ſemper opiniones extitiſſe. Sunt enim qui perpetuò per C pingant, addito apice, ut à præpoſitione diſtinguatur: alii contrà ſuadent. Victorinus in orthographicis per *Q*, & unum aut duplicem U prout cuique videbitur ſcribendam dicit. Similiter Quintil. lib.1. cap.13. auctor eſt, hanc differentiam à multis fuiſſe obſervatam, ut pro adverbio temporis ſcriberent *Quom* per quartam vocalem; pro conjunctione autem cauſali *Quum* per *Q*, & geminum *uu*: pro præpoſitione verò *Cum*. En ipſius verba: *Illa quoque ſervata eſt à multis differentia,*

ut

ut AD cùm eſſet præpoſitio D literam; cùm autē conjunctivoT acciperet. Item CUM, ſi tempus ſignificaret per Q; ſi comitem per C; ſi verò cauſam per Q ac duas ſequentes UU, ſcriberetur. Sed hanc obſervationem frigidam & ipſe Fabius inibi exiſtimat. Voſſius mentem ſuam in hoc non protulit: quod ſi ex ejus ſcriptis eam aſſequi deceat, ſemper *cùm* per tertiam alphabeti literam notat. Videte Velium Longum, Terentium Scaurum, item Curtium Valerianum, & Cæcilium Vindicem apud Caſſiod. in collect. cap. 3. & 11. ubi multa ad hoc ſpectantia. Scriptoris ego arbitratui relinquo, quem magis voluerit ex his duobus modis, ſeligere, ac frequentare; modò eandem ubique methodum ſervet; ne *cùm* v. g. in principio paginæ apponat, *quum* in medio, *cum* in extremo.

2. *Illò, eò, quò, quàm, quòd,* ubi non gerunt vices Pronominum ſemper gravantur: ſic *aliò, aliquò, ſi quò, ne quò* adverbia temporis; ut his in exemplis patebit: Horat. *Quò mihi Divitiæ, ſi non conceditur uti.* Cic. Verr. 5. *Jis plus frumenti impetrabant, quàm quantum exaraverant.* Idem de Nat. *Hæc ſunt dicta ſubtiliùs, quàm ut ea quis poſſit cognoſcere.* Et ep. 2. lib. 1. ad Att. *Quòd ad me ſæpè ſcripſiſti de noſtro amico placando, feci.* Virg. Æn. 6.

Quòd per te cæli jucundum lumen, & auras,
Per Genitorem oro &c.

Cic.

Digitized by Google

Cic.4.Tuſc. *Noctu ambulabat Themiſtocles; quòd ſomnum caperenon poſſet.* Et ad Heren. *Tu illò plures mittas oportet.* &c.

III. Gerardus Voſſius in adverbiis ultimam producentibus requirit notam Accentûs circumflexi; quia, inquit, & hoc Græci conſueverunt, qui ultimam ſyllabam naturâ longam, aut nullo, aut flexo ſignare ſolent. Itemque ſuadet Capella lib. 3. cap. de faſtigio in hæc verba: *Inflexum autem non aliàs poſtremum habet, niſi cujus poſterior pars in ſyllabam naturâ longam excurrit, ut*: ergô, ponê. Sed Ricciolus reſpondet, hunc morem non eſſe receptum, imò nec ab ipſo Voſſio uſitatum, ut patebit percurrenti ejus volumina; ideoq; ejus verba nondum præcepti vim, ſed tantùm conſilii obtinuiſſe.

IV. Vnanimi quamplurium Grammaticorum conſenſu nullo Accentu ſignandæ ſunt his ſimiles voces: *Interdum, fortaſſe, quia, neque, tamquam, ſive, quare, nempe, ita, quidem* cum compoſitis, *tantummodo, quomodo, quando, admodum, magis, ferme, bene, antea, tandiu, ideo, adeo, retro, diu, ultro, illico, impune, fruſtra.* Ratio in promptu eſt, quia nullum eſt dubium ambigui ſenſûs in illis dictionibus, ut requirant Accentu diſtingui: Si enim *quidem, bene, antea, ita* &c. in ultimâ gravabo, nihil magis quid ſignificent oſtendes, quàm ſi nuda reliquero. *Accentus enim*, ut ajebat

Con-

Digitized by Google

Conſentius, *oſtendit diverſam ſignificationem dictionis*: quare ubi nulla datur diverſitas, nullus dabitur accentus. Quod idem inſinuârat Terentius Scaurus, qui præcipiens de Apicibus, inquit: *Apices ibi poni debent, ubi eiſdem literis alia atque alia res indigitatur*, ut venit, *&* vênit; aret, *&* âret; legit, *&* lêgit, *cæteráq; his ſimilia. Melius tamen in* pila *I longum producetur* Sed hæc fuſiùs in ſequenti Capite expendemus, ad quod æquiùs attinent. Interim aliquid de noſtrâ linguâ juxta inſtitutum.

V. Gravis ab Italis diverſimodè frequentatur. Aliqui cunctis ferè monoſyllabis vocibus vocali terminatis apponunt; quos meritò irridet Daniel Bartoli in lib. aliàs laudato num. 31. Ad vocum ſignificationem diſtinguendam jure uſurpatur; ut ipſe notat: ideo ſcribemus *Dì, Piè, Sè, Sì, Già, Là, Nè, Dà* &c. ideſt *Dies, Pes, Se, Ita, Iam, Illuc, Neque, Dat* &c. quoniam eædem voces aliud etiam notant; ut omnibus patet. Similiter in tertiâ primi verborum præteriti *Morì, Servì, Amò, Tornò, Godè, Premè* &c. Item in primâ futuri *Ferirò, Goderò, Farò* &c. quoniam ſine accentu nomina ſunt, vel alia verbi tempora: ſed & aliam Grammatici rationem addunt, Apocopem nempe, quâ ſyllaba in fine obtruncatur: antiquitus enim dicebant *Morìe, Servìe* &c. *Feriròe, Goderòe*: & eâdem ratione ſcribitur *Bontà, Maeſtà, Volontà*; integræ namque

que voces ſunt *Bontade*, vel *Bontate* &c. Adverbiis, quæ pronunciando gravantur, quamvis non oriatur æquivocum, apponere non improbo: ut *Acciò, Perciò, Perchè* &c. Poſſumus Latinorum imitatione duo, vel plures voces in unum adverbium copulare: *Perlochè, Eſſendochè, Auvegnachè, Concioſiacoſachè*, poſſumus etiam inter ipſas conſonam geminare, ad genuinam pronunciationem ſervandam: ut *Affinchè, Acciocchè, Imperocchè* &c. ex *A fin che, Acciò che, Imperò che.* P. Bartoli ſcribit *Acciochè* ſine dupplicatione, & accentu; ſed ſi libros noſtros & exteris Nationibus faciliores velimus, utrumque ponendum puto. Eâdem diſcriminis causâ gravatur apud Gallos *à* dativo caſui inſerviens particula, ne ſit *a* habet, ut Italorum aliqui: *où*, & *là* adverbia loci; ne primum confundatur cum conjunctione *ou* aut: alterum cum articulo præpoſitivo generis muliebris *la*.

Uſus Accentûs Circumflexi.

CAPUT VIII.

Prima tibi caſum dat declinatio ſextum
Flectere: ſic quartæ dabitur genitivus, ut artûs.
In neutris patrius, ſextuſq; ſimul. Vult tertia
Sextum
I modò perficiat caſum. Tum ſyncopa ſiquid

No-

Nominis è medio tollat, decet addere flexum.

I. Accentus Circumflexus apponitur omnibus ablativis ſingularibus in A exeuntibus primæ Declinationis, ut: *vitâ, muſâ, cauſâ*, &c. Ita omnes accuratiores Orthographi, ex Grammaticorum quorundam præſcripto. Joannes Caramuel loco toties laudato. *Circumflectitur*, inquit, *etiam ultima in ablativis ſingularibus primæ declinationis, ut muſâ, chartâ.* Ricciolius p.8. de Accentu c.3. n.3. *Accentûs autem circumflexi nota ponitur tum in ablativis in A, ut in terrâ, aquâ, eâdem, &c.*

1. *In genitivis ſingularibus nominum quartę, ut in fructûs ſenatûs, ut diſtinguantur à recto caſu.* Ita Caramuel quoque ſentit: *In quartâ genitivus, ut differat à nominativo, circumflectit ultimam, ut hic ſenſus, hujus ſenſûs.* Pater noſter Ambroſius à Viſitatione p. 4. Grammatic. Inſtit. c.1. caſus plurales etiam quartæ vult flecti, ubi inquit: *Circumflexi verò nota in ablativis nominum in A* (ſcribatur) *ut*: aulâ, horâ; *ac in genitivis ſingularibus, & caſibus pluralibus quartæ, ut*: ſenatûs, fructûs, *ut dignoſcantur diverſi à nominativo ſingulari*. Urget verò magis neceſſitas ſi plurales genitivi contracti fuerint: ut *Deûm Coelicolûm, Danaûm* pro *Deorum, Coelicolorum, Danaorum &c.* quæ potiſſimùm Syncopatio evenire ſolet in nominibus primæ Declinationis à *gigno*, & *colo* compoſitorum. Sed cavendum ne confundamus genitivos in UM

in-

integros, cum Syncopatis. Nam *Dardanidûm* v.g. eſt a recto *Dardanidæ*: verùm à recto *Dardanis*, ſive plurali *Dardanides* citra ſycopen *Dardanidum* dicitur; eſtque hoc generis muliebris: Sic *Achemenidûm* pro *Achemenidarum*, virili à recto *Achemenidę*; *Achemenidum* autem citra ſyncopem eſt muliebre à recto *Achemenis*. Hæc ſyncope habet locum in gentilibus, ut: *Macetûm*, pro *Maçetarum* &c. uti quoque in genitivis pluralibus in ORUM ſecundæ; hocque non tantùm apud Poëtas, ſed etiam Oratores in uſu eſt: ut *nummûm, ſeſtertiûm, modiûm, ſenûm, duûm &c.* pro *nummorum &c.* Sic ſæpiùs legas apud Maronem, & alios, Achivûm, Grajûm, Argivûm, & alia huius notæ, quorum habes Elenchum apud Ricciolium p. 6. Proſod. Ref. lege & Voſſium de Analogiâ lib. 2. c. 6.

2. In neutris nominibus quartæ circumflecti docet Caramuel ſextum, & genitivum caſum; inquit enim: *In neutro circumflectimus genitivum, & ablativum, ut illos ab aliis caſibus diſtinguamus; ſufficit enim ſi dicamus: Genu, û, u, u, n û.*

3. De circumflexione Ablativi tertiæ declinationis in I exeuntis, præcipit idem Caramuel his verbis: *In tertiâ declinatione ablativus in E ſatis diſtinguitur à Dativo; nec indiget Accentu, quo differat: At ablativus in I poterit circumflecti, ut ab animalî, calcarî, brevî. In pluralis ablati-*

vo,

vo, cùm ultima brevis ſit, circumflecti non poterit, ideoque neque hinc à Dativo diſtingui: ergo vel ad adjectiva concomitantia recurrendum, vel inveniendus alius punctus, qui ſyllabas breves afficiat. Et idem dixero de declinatione etiam quintâ. Verùm hæc congerit dictus Auctor, quòd credat flexum in longis ſyllabis ſolùm habere locum; ſed hîc diſtinctionis ratio à nobis quęritur, non diſcriminandi breves à longis ſyllabis.

4. Priſcianus jubet ultimam circumflecti in *Arpinâs, noſtrâs, veſtrâs*, quia facta ſunt ex veteribus nominativis, *Arpinatis, noſtratis, veſtratis*. De *voſtrâs*, & *veſtrâs* gravior eſt ratio; ut obſervat Voſſius; ne putentur eſſe accuſativi plurales: at de *Arpinas*, nihil urget, quia rectus *Arpinatis* in uſu eſſe deſiit; quare ſufficiet primas inflectere.

5. Notandum poſtremò eſt cum Jo: Caramuele, quod *Typographi, qui correctiores typos habere volunt, etiam circumflectunt ultimam in ablativis ſingularibus ſecundæ declinationis, & in pluralibus primæ, & ſecundæ, ut eos à dativis diſtinguant; ideò exprimunt* huic Domino, huic templo, his muſis, his Dominis, his templis *in Dativo, & in ablativo* ab hoc Dominô, templo, ab his musîs, Dominîs, templîs. *Sed hoc plurimi negligunt*. Verùm apud accuratiores ego ſæpiùs id factũ vidi, ut in voluminibus Officinæ Elzevirianæ, Hakianæ, & aliorum, qui laborem

tæ-

tædiumque haudquaquam formidant, dummodo omnibus ſuis numeris abſoluta opera in lucem prodeant.

II. Nec tamen in nominibus tantùm ſiſtit Accentus circumflexi uſus, quin ad alias quoque orationis partes ſe extendit; nam

Ergô *pro* causâ *cùm ſtat, flexiſſe juvabit;*
Hîc *ſimul* heic,*priſco ſi inſcribere more velimus:*
O quoque cùm varios notat Interjectio motus.

1. *Ergô* pro *causâ* flectitur,ut:*brevitatis ergô*;nã ut ait Feſtus *Ergo correptum ſignificat idem, quod apud Græcos* ἕν *productè idem quod* χάριν hoc eſt gratia. Virg. 6. Æn. Illius ergô venimus. Cic. 3. Attic. 23. *Si quid conra ullas leges, ejus legis ergô factum ſit.* Nõnulli tantùm gravant quando ſtat pro cauſa. Voſſius, Feſtus, aliique magis flexum amant. Utroque modo habetur diſtinctio.

2. *Hîc* adverbium ſtatûs loci circumflectitur à pleriſque, à nonnullis etiam gravatur, contra Scauri, Capellæ, & Voſſij preſcriptum: ab aliis demum ad tollendam ambiguitatem pronominis *heic* priſco more ſcribitur. Quicumque ex his modis teneri poteſt, dummodo ſemper.

3. O, interjectio cum eſt, & minuſculum, flexum video à Voſſio ex. g. *O præclarum hominem, ô virum fortem.* Fortaſſe adhæſit Gerardus Græcorum veſtigijs: nihilominus apud ipſos quando eſt adverbium admirantis, &

Digitized by Google

dolentis, tantummodo ſic gravatur * Aldus Junior nullum poni ſuadet Accentum; cui tamen hac in parte cum Caramuele non aſſentior, qui & ipſe flectendum docet.

Infinitivo ne confundatur id ipſum
Tertia pluralis numeri perſona repoſcit.
Ut legêre libros, *&* diffugêre moleſti.

III. Tertia perſona pluralis numeri temporis perfecti indicativi modi vocis remotæ, circumflectitur, ut: *diffugêre nives, legêre &c.* præcipuè in Tertiâ Conjugatione, ubi poteſt eſſe ambiguitas cum infinitivo. Franciſcus Silvius Ambianus, & Alexander Scot viri notæ eruditionis in unaquâque Conjugatione uſurpant; ut videre eſt in Cēturiis Progimnaſmatum, quas primus evulgavit, & alter ſummo ſtudio excoluit, atque expolivit.

Si gemino foecunda tibi ſit dictio ſenſu
Ambiguam reddens mentem, velut oblita, pârēt.
Tunc opus eſt flectas, quo ſenſu carmine longa eſt.
Ut: rogo cana legas tenerâ lanugine mâla,
Non mala, quæ creſcunt ſuccos oblîta priores.

IV. Quando dictio quævis, eiſdem literis compacta diverſum ſenſum præbuerit, ut ambiguitas tollatur, ibi ponemus Accentum flexum, ubi Poëtæ ſolent producere: ex. g. *oblîtus* penultimâ eſt longâ apud ipſos quando eſt ab *obliviſcor ſcordarſi*; non verò quando eſt à *lino ungere*. Ideo proſâ oratione *oblîtus* nobis fit penul. flexa; idē dic de ſequentibus.

âret, *inaridiſce*		aret, *ari.*
mâlus, *il melo, e l'albero della nave.*		malus, *cattivo*
pâlus, *palo.*	ut diſtinguantur à	palus, *palude.*
frêta, *confidata.*		freta, *i mari.*
pâret, *ubbidiſce.*		paret, *prepari.*
nâta, *figlia.*		nata, *nuota.*
lêgit, *leſſe.*		legit, *ſceglie.*
pôtis, *bevuti.*		potis, *potente.*

hoc verò ipſum juxta Grammaticorum mentem eſſe diſcriminandi genus, monſtrant, tum ſuperiùs cap. 7. num. 4. Terentiani Scauri allata verba, tum Voſſii iſthæc lib. 2. Art. Gram. c. 9. *Egi de priori Accentûs loco: dicam nunc de altero. Eſt is quando accentu diſtingui poſſunt verba ita ſimilia, ut inde error naſci poſſit. In hujuſmodi accentum quoque apponere jubet Terentianus Scaurus E. G. acuto ſcribi vult* légit *præſentis temporis, flexo* lêgit *præteriti* &c. Voſſio accinit Ricciolius par. 8. cap. 3. nu. 3. *Concedo tamen illi* (ſc. Voſſio,) *imò & Terentio Scauro, utile fore, ſi prior diſſyllabarum quando longa eſt, & poſterior brevis, ſignetur accentu circumflexo in illis dictionibus, quæ duplicem ſignificationem habent, & quoad una illarum brevem habeat priorem, & acutum poſtulet, ſic enim diſcretioni tum ſignificationis, tum quantitatis deſerviet.* Profectò licèt nobis neceſſaria utiliſque ad modum ſit hęc diſtinguendi ratio; priſcis tamen opus non erat, utpotè qui vocales naturâ longas geminare conſuevere; ut docet

Fa-

Fabius l. 1. c. 4. & 7. & Politianus Miſcellaneorum cap. 43. egoque ex vett. inſcriptionibus, atque monumentis non ſemel id præſtitum vidi. Hodie tamen ſi quis hoc frequentaret, riſum concitaret, *quoniam*, ut inquit Velius Longus, *expedita debet eſſe conditio ſcribendi*; unde meritò talis mos improbatur à Scauro dicente: *Plurimùm igitur per additionem illa videntur eſſe vitioſa, quod Accius geminatis vocalibus ſcribi naturâ longas ſyllabas voluit: cum alioqui adjecto vel ſublato apice, longitudinis, & brevitatis nota poſſit oſtendi*. Adjiciat poſtremò ſuffragium ſuum Quintilianus qui lib. 1. cap. de Orthogr. nobiſcum ſentiens ita diſſerit: *Longis ſyllabis omnibus imponere apicem ineptiſſimum eſt: quia plurimæ naturâ ipsâ verbi, quod ſcribitur, patent; ſed interim neceſſarium, cum eadem litera alium atque alium intellectum, prout correpta, vel producta eſt, facit, ut: Malus utrùm arborem ſignificet, an hominem non bonum, apice diſtinguitur. Palus aliud priore ſyllabâ longâ, aliud ſequenti ſignificat; & cùm eadem litera nominativo caſu brevis, ablativo longa eſt, utrùm ſequamur plerumque hac notâ monendi ſumus*.

Verba itidem flectenda manent, queis ſyncopa dempſit
E medio, decrêſſe *velut*; *patriique ſecundæ*
Auferat Apocope ſi quidquam, ut: ſumma peculî.

V. Quod dixi ſuperiùs de contractis no-

minibus, idem intelligatur de verbis, quæ itidem ſycopata flectuntur, ut: *decrêſſe*, pro *decreviſſe*; *levâſſet* pro *levaviſſet*, *amáſſet*, *audíſſet*, & ſimilia, quorum ingentem copiam congeſſit Claudius Dauſquius Orthograph. vol. 1. tract. 3. c. 6. ſect. 2. pag. 129. edit. mihi Tornaci. Tandem ut inquit Caramuel Gram. aud. art. 3. p. 2. *Ubicumque per ſycopen, aut Craſin, plures literæ, aut vocales in unam coëeunt, illa quæ ex ipſis reſultabit, erit longa, & notabitur circumflexionis charactere. Amavere, amâre.*

1. Similiter obtinent flexum ab aliquibus genitivi ſecundæ Declinationis in I contracti per Apocopen figuram, ut *Conſilî*, *Virgilî*; *remedî*, *imperî*, *ingenî &c.* pro *conſilii*, *Virgilij*, *remedii &c.* Sunt tamen, qui malunt in hoc caſu pro flexo ſignare I longiuſculum, vicinorum elementorum ordinem apice ſuperans, hoc pacto: *ConſilI*, *VirgilI*, *remedI &c.* Quod ſcribendi genus videtur ab antiquis deſumptum. qui pro EI, ſeu II I longiuſculum ſignabant. Sic paſſim obviã in veteribus inſcriptionibus DIS INFERIS &c. pro *Diis*, *Inferiis &c.* Non tamen perpetuò & hoc factum antiquis, nam in pluribus monumentis lego DIS, INFERIS ejuſdem omnino longitudinis cum reliquis I pictum. Sanè quod caput eſt, hoc ſcribendi genus magis acceptũ videtur, quod & in per vetuſtis codicibus conſpicere interdum eſt; ut in probato Bibliothecæ Mediceæ,

Theo-

Theodoſii temporibut ſcripto, Virgilii cod. Ecl. 1. v. 33. cernes

Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculI.

Sic in alio Ovid. ad illud lib. 1. Met. v. 2. *Dî qui mutaſtis & illas*. Sunt tamen, qui malint in his, & ſimilibus exprimi duplex II, quod & factum dicunt in optimæ notæ Manuſcriptis; ut in exemplo mox adducto Ovidii, & in altero Lucretii lib. 6.

Nec ratio remedij communis certa dabatur.

Sed ridicula hæc diſceptatio eſt, cùm utrumque ſtare poſſit; nam qui apponunt unicum I aut minuſculum inferiori parte protractum ut (j) aut majuſculum affines literas excedentem, indicant per Apocopen, ſeu Craſin coaluiſſe alteram ex vocalibus; qui verò geminas ſcribunt notant per Syncreſin, ſeu Synecphoneſin figuram, ut unicam vocalem ſonare in pronunciando. Inſolentes quaſdam Ennii, & aliorum antiquorum abſciſſiones vix apice donarem, ut: *lætificum gau*, pro *gaudium*; *altiſſimum cæl*, pro *cælum*; *endo ſuam do* pro *domum*, & hujuſmodi ſexcenta; quæ afferuntur ab Auſonio in Grammaticomaſtige, & à Victorino. In his enim plus requiritur ingenii, quàm artis, & diſtinctionis.

V. Cæterùm, quod ſummopere dolendum eſt, ſunt aliqui, qui ridiculum putant morem iſtum tollendi Accentu ambiguitatẽ, cùm multi eruditiſſimi viri hoc præſtent, &

Digitized by Google

Fabius gravis judicii Scriptor etiam neceſſarium ducat. Sed quæro, cur quotidie proprias voces majuſculis literis exaramus? Nempe ut diſtinguamus propria à communibus. At cur non ſimile diſcrimen hîc obſervemus? Tantò magis, quòd idem fecerint veteres, quibus magis familiaris latinus ſermo; proindéque minùs ambiguæ dictiones erant? Preterea, inſtat Voſſius, ſi ſcribimus ut intelligamur, quænam potior ſermonis dicenda erit virtus, quàm perſpicuitas, quam etiam ſolam, teſte Laërtio l. 10. ex ſtudio dicendi agnoſcebat Epicurus? Non enim quid magnum poſtulant uno ore Grammatici; ſed tantùm ut ambigua apicibus diſtinguamus, quod uti Scriptoris laus eſt, ſcripturæque ornamentum; ita horum incuriâ ſæpè videmus neglecta volumina, tamquam chaos impervium. Neque cuiquam effugii loco ſit dicere, omnia diſcrimina vocum, quæ accentu tollenda cenſemus, peritis, doctiſque viris per ſe abſque apicibus innoteſcere; nam & Fabii temporibus æquè omnibus innoteſcebant ambiguæ dictiones, & tamen has ipſas faſtigiis diſtinguendas ſuadet, & neceſſarium affirmat; nempe quia non ſemper legenti mens Auctoris planè innoteſcit, iiſque neglectis dubitari, ac controverti de rectâ intelligentiâ interdum potuiſſet; præterquamquod Tyronum, imperitiorumque etiam ratio

tio habenda fuit, qui diverſam ſignificationem aſſequi non illico valent; hæſiſſentque fortaſſe in rimandâ ſignificatione longo tempore, ac tandem genuinum ſenſum prævertiſſent. Quod accentuum impoſitione præcavetur, anſaque omnis errorum tollitur. Quãobrem ut ſcribit Vvillichius Orthogr. c. 9. ut in militiâ ſuis lanceis atque galeis milites, & cataphracti diſcernuntur; ita inventum quoque eſt, ut dictiones apicibus diſtinguantur, quò faciliùs diſcrimen inter eas innoteſceret: *Incidit ſiquidem non rarò, ut eadem litera alium atque alium juxta quantitatem intellectum faciat: Quare diſtinguere ſuis unamquamque notis oportebit.*

De Spiritibus, eorumq; apud Græcos, & Latinos, numero, & collocatione.

CAPUT IX.

I. PRoximum eſt, cùm de Accentuum Græcorum, Latinorumque numero, & uſu, pro modulo noſtro ſuprà egerimus, aliquid de ſpiritibus addamus, quorum recta collocatio, Græco Orthographo ſummopere neceſſaria exiſtimatur.

Spiritus eſt duplax Græcis, itidemq; Latinis,
Quem tenuem, densumq; vocant; monſtrantq; ſonorem

Vocalis quo quaque velit, ſeu conſona promi.
Spiritus Varroni idem eſt ac *afflatus*, Dauſquio verò *flatus*, quem etiam *vim*, *halitum*, *anhelitum*, atque *energiam* appellabimus, quâ proferendæ vocales: Hæ enim omnes, ut inquit Vvillichius Proſod c.3. ſpiritum admittunt; ſed non ſine diſcrimine in quibuslibet dictionibus: nam inquibuſdam adeo tenuiter fit afflatus, ut vix ſentiatur: in vocalibus quidem ut planè non ſit neceſſe membrorum vocalium contactum fieri, ſed ex ſolis faucibus tamquam ex intimo quodam conclavi proferuntur; quod in conſonantibus perinde fieri nequit. Græci, antequam à Simonide tres aſpiratæ Θ, Φ, Χ reperirentur, ſpiritum denſum exprimere volentes, Τ, Π, & Κ, proximè pingebant Η, teſte Victorino lib. 1. hoc pacto: ΤΗΕΟΣ, ΠΗΙΛΟΣ, ΚΗΑΡΙΣ &c. pro Θεὸς, φίλος, χάρις. Hoc ipſum probatur apertiſſimis exemplis à Voſſiò ex inſcriptione Columnæ Farneſianæ, in viâ Apiâ repertæ, deſumptis. Poſtea, ut refert Priſcianus lib. 1. cap. de lit.num, & prontalem adſpirationis notam diviſerunt; ita ut dextera illius pars Ͱ ſignaret ſpiritum aſperum, altèra Ⱶ lenem. Quare ex tunc duplex ſpiritus, *aſper*, & *levis*, quorum uterque ex prolatione hanc nomenclaturam adeptus eſt; quod prior vegetiori habitu poſterior debiliori pronunciaretur. Sed in dies magis confunduntur; quare otio-

ſos

ſos ſpiritus quidam affirmare non dubitavit. *Levem* ſpiritum *naturalem, tenuem, lenem, ſiccum, lævigatum* & *exilem* vocant Grammatici à Dauſquio relati Vol. 1. c. 12. Spiritus *Aſper* dicitur etiam *denſus, aſpiratus, flatilis* à Gryllo ad Virgilium de Accentibus ſcribente. Græci πνεῦμα δασεῖαν poſteriorem hunc; πνεῦμα ψιλὸν priorem dicunt.

II. Forma ſpirituum ſimiliter duplex, in majuſculis, & minuſculis. Pro majuſculis ſuprà monſtravimus. Pro minuſculis deſumitur ab o parvo in duas partes diſſecto. Quare *lenis* formabitur in majuſculis (Ⅎ) in minuſculis (') . Aſper è contra (Ͱ) & (ʽ). Voſſius cenſet talem formam minuſculis factam, quod ob celeriorem ſcribentium motum anguli ſint hebetati, factiq; pares ſemicirculi. Recentiores majuſculis apponunt figuram minuſcularum. Latini craſſi, ſive aſperi ſpiritûs notam ſolùm ſervavere;& ut docet Vvillichius & ipſi priùs ſupra vocales pingebant, v. g. *ʽdie* pro *hodie*, ut in antiquis Codicibus obſervatum dicit. Inde pro majuſculis H, pro minuſculis h adhibuere, ut, *hodie, honor* &c. *Homerus, Heſiodus*. Tenuis ſeu lenis notâ caret, ſed abſentia aſpirationis eundem indicat. Ego tamen veterum monumenta diligenter perpendens non ſemel ſpiritus lenis notam à Latinis uſurpatam invenio; placetq; nonnulla hîc in medium pro-

fer-

ferre. Priorem hanc habet Sponius in Antiquit. Lugdunenſibus.

SAPPIENA
LYCHNIS
MATRIS
V.S.L.M

Vineâ Ottinâ ad Portam Latinam hæc legitur.

D.
FLAVIAE.CHLOE
T.FLAVIVS.EVHODVS
ET.FLAVIA.PRIM
FILIAE.KARISS
V.A.X.I.I.I

Ad D. Mariæ trans Tyberim in pavimento SYTROPHVS ita ſculptus eſt. Hortis Pamphiliis PHARNACE. Ex Gruterianâ pag. 452. 6. TRIVMPHALIA, itemque ex aliâ pag.79.5. TROPHIMVS, & NICEPHOR. Sic inciſa nomina habentur juxta emendationem Joſ. Caſtalionis in ſuis var. Lect. cap. ultimo, & Raphaëlis Fabretti Inſcript. Antiq. c. 3. ubi multas hujus notæ Inſcriptiones ex ſchedis Barberinis, & ex ſuis Manuſcriptis adducit, puta 456. 457, &c, uſque ad 465.

III. Æoles vitandæ aſpirationis cauſâ di-

digamma excogitârunt hac figurâ F, ſic dictum quod ex duobus Gamma, quorum unum alteri impoſitum conſtituatur, quod aſperitatis vocibus prȩponere conſueverant, ac interdum à vocali leni inchoantibus, ut Fελένη pro Ἑλένη, Fειρήνη pro Εἰρήνη. Quæ autem voces ab ρ incipiunt, quæ cæteris Græcis aſpiratur aſſumebant B pro P, ut: Bρήτωρ, pro pro Ῥήτωρ. Hos autem Latini, Sabini præcipue imitati, *Fordeum, Fædum, Fircum* &c. pro *Hordeum, Hædum, Hircum*, teſte Fabio, Scauro, & Velio Longo de Orthogr. dicebant. Varro itidem l.4. de L. L. teſtatum reliquit his verbis: *Hircus quod Sabini Fircus, & quod illic Fedus, in Latio rure Hedus, quod in Urbe, ut in multis à addito Hædus*. Imò etiam in Gloſſis Bibliothecâ Palatinâ aſſervatis, & Iſidoro, aliiſq; manu exaratis, crebrò id reperiri teſtis locuples Claudius Salmaſius eruditis notis in Herodis Attici inſcriptionem. Hoc ipſum quoque frequentabatur ab Æolibus in medio dictionis ad vitandum hiatum, ut refert Priſcianus lib.1.cap.de num.lit. & lib. 6, ubi dicit ſeſe in tripode vetuſtiſſimo qui ſtabat in Xelorophο Byzanthii inveniſſe ſic ſcriptum: Δημοφο ων ΛαΓοκαFων. Latini pariter *TraFo, veFo*, pro *trabo, vebo* dixere.

IV. Sed ut de ſpirituum in Græcis vocibus collocatione, generalia quædam tradamus præcepta (nam pro Latinarum aſpiratio-

tione obſervandum quid conſuetudini conceſſum ſit, quæ ex uſu eruditorum pendet) dico

1. Omnis dictio incipiens à vocali, aut diphthongo ſpiritum aſperum, aut lenem recipit. Ex conſonantibus ῥ tantùm aſpirationis eſt capax.

2. Omnes voces ab ὑ aut ῥ incipientes denſo ſpiritu afficiuntur. Latini ſimiliter hoc faciunt in dictionibus Græcis Latinâ Civitate donatis ab ὑ aut ῥ; imò à quacumque aliâ aſpiratâ vocali incipientibus. Sic quia Græcè ἁρμονία, ἑβδομάς, ἱερογλυφικά, ὁρίζων, ῥητορική, ὡρολόγιον, ſpiritu aſpero ſcribuntur; Latinè ſpiritu aſpero præfixo, redduntur, *Harmonia, Hebdomas, hieroglyphica, horizon, Rhetorica, horologium.* Confirmet hoc ipſum, præclarum Jodoci aliàs memorati Orthogr. c.7. teſtimonium. *Quod autem,* ait, *Hecuba, Hector, Hamadryades ſint aſpirata, Græcis debemus, à quibus tamquam primis auctoribus hæc accepimus; idcirco in his, & ſimilibus plurimùm conſulendi ſunt.* Et infrà. *A Græcis porrò & hæc defluxit, quod ypſilon in principio dictionis ſit ſemper aſperum, ut hymnus hyperthyron; & vocalis ea, ut Græca eſt; ita in Græcis ſibi locum vindicat.* Reclamat tamen Varro qui putat aſpirationem in R ſaltem prætereundam eſſe, ut patet ex loco Annei Cornuti apud Caſſiod. in Collect. Orthogr. *Varroni placet R literam ſi primo*

loco

Digitized by Google

loco ponatur non aſpirari; Lector enim ipſe, inquit intelligere debet, Rodum, tametſi H non habet Rhodum eſſe, Retorem, Rhetorem. Sed ea obſervatio non neceſſaria eſt in R literâ; ſunt enim verba primo loco R literam habentia, non minùs Latina, quàm Græca. Itaque meritò amovebimus aſpirationem à Roma, Regina, rapa, Rodus. Hæc Cornutus.

3. Si ρ in medio dictionis geminetur, prius lævigatur, alterum aſpiratur, velut πόῤῥω. Sin verò non geminetur in medio, medio, non apponimus ſpiritum, niſi alterum ρ ſit abjectum, quod metri ergô interdum frequentare conſueſcunt: tunc enim inſcribitur.

4. In nominibus quem ſpiritum nominativus habuerit, cæteri caſus ſervabunt. Numeralia aſpirantur omnia, demptis ὀκτὼ, ac ἐννέα, atque ab his derivatis. Articuli verò nominibus præponi, aut poſtponi ſoliti, craſſum ſpiritum recipiunt, ut: ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, ὅς, ἥ, ὅ.

5. Omnia Pronomina ab ε incipientia lævigantur, ut ἐγὼ, præter ἑ & ab eo derivata, ut: ἑαυτὸς. Si alia vocalis initium fecerit, aſpirantur, ut: ἅυτη, ὅτις, excepto ἀυτὸς & ab eo compoſitis.

6. In Verbis, Spiritus thematis, in omnibus quæ ab eo deducuntur, ſervatur, paucis exceptis.

7. Omnis Præpoſitio à vocali incipiens, te-

tenuatur, ut ὀνὰ, ἐπὶ &c. præterquam ὑπὸ, & ὑπὲρ ob præcep. 2. Si in medio dictionum compoſitarum locentur, ſpiritu carent.

8. Conjunctio demum quæris à vocali ducens initium tenuntur, ut ἀλλὰ, εἰ, ἐπεὶ. Excipe cauſales, quæ omnes, præter ὄφρα aſpirantur.

Quæ hîc à nobis ſive de Accentibus, ſive de Spiritibus recenſita ſunt, licèt aliquibus obnoxia exceptionibus ſint, quia tamen illæ parvi erunt momenti, conſultò prætermiſi; præterquam quod, Scriptorum Græcorum, ac Grammaticorum lectionis cuicumque ſtudioſo, paſſim occurrent.

De Syllabarum P*aſsionibus.*

C A P U T X.

I. IDeo hîc nobis de Paſſionibus Syllabarum ſermo inſtitutus eſt, quia, ut docet Jodocus, non ſolùm modulationis ſunt formæ, ſed etiam ſi rectâ lance penſitare velimus, Lectionis ſunt adminiculum, & ad rationem diſtinguendi pertinent. Igitur

Paſſio, quam Græcus detexit, terna videtur:
Syllaba quam patitur, nimirum, Eliſio, voci
Subtrahitur ſi quando caput, finiſve; recidas
Sive utrumque ſimul, quæ curvus Apoſtrophus
implet.

Hunc

Hunc Hyphen inſequitur, quæ dicta ſubunio nobis;
Et malè connexas reſecans Hypodiaſtola voces.

Apoſtrophos ἀπόστροφος latinè *averſio*, interdum *eliſio* dictus, à Priſciano lib. de Accentibus, eſt circuli pars dextera ad ſummam literam appoſita, ut (') quæ nota convenit cum ſpiritu minuſculo. Tali ſigno oſtendi ait, parti orationis deeſſe ultimam vocalem, cujus conſonans remanet. Iſidorus verò l. 1. c. 18. extendit ad plures: quâ nota, inquit, deeſſe oſtenditur in ſermone ultimas vocales, ut: *tribunal'* pro *tribunale*. Meo quidem judicio, errat uterque; nam etiam conſonantis, & in principio vocis fit eliſio; ut præſertim ex Plauto; & ex Terentio, qui ipsâ paſſim utuntur, manifeſtum redditur. Meliùs itaque Dauſquius ait, notam eſſe adſitam ultimæ, aut primæ vocabuli literæ, quâ literam, aut literas ab eo loco averſas judicium fit. Eliſionem vocalis in fine habes in his vocibus. *Egon', men', tun', adeon', tanton' dixin', noſtin', vidiſtin', cererin', bonan'* &c. pro *egone? mene? tune? adeone? tantone?* In principio vocis, ut: *apud me'ſt*, pro *apud me eſt*: *cubandum'ſt* pro *cubandum eſt, certum'ſt*, pro *certum eſt*: ſolùm verò ferè in ſcenicis uſurpatur.

II. Conſonantis etiam detractionem in fine, quoties ab aliâ conſonante ſequens inciperet vox fuiſſe apud antiquos Poëtas affirmat Cicero in Orat. & Quintil. lib. 9, cap. 4.

Sic

Sic enim loquebantur. *Qui eſt omnibu' princeps* detractâ S per liqueſcentiam. Hoc autem non ſemper factum, ſed ad arbitrium ex Capri teſtimonio docet Scaurus Orthogr. lib. 9. Ex Latinis, ait, locutionibus, nonnunquam S evaneſcit. Silenna verò ex Plauti Captivis. Hîc ornatus S literam metri causâ omiſit. Et apud Poëtas ſæpe legimus, ut apud Lucilium

Tum laterali' dolor certiſſimu' nunciu' mortis

Apud Ennium *Vitâ illâ dignu' locoque.*

Catull. ep. ult. *At fixus noſtris tu dabi' ſupplicium.*

Item Ennius 7. Annal. & alibi ſæpè.

- - Doctu' fidelis
Suavis homo facundu', ſuo contentu', beatus
Scitu', ſecunda loquens in tempore, commodu', verbûm Paucûm.

Hoc autem & Græcos feciſſe habemus ex hoc Arati

Ὦ῏ρη ἑσπερίῃ κρώζει πολυφωνο' κορώνη

Horâ veſpertinâ crocitat clamoſa cornix

pro πολυφωνος. Cicero ſiquidem antiquorum plures ita locutos affirmat; interdum verò ob venuſtatem, interdum quoque, ut reor, ob neceſſitatem, ac potiſſimum in carmine. Notandum aliquando in mediâ dictione eliſionem, ſeu potiùs ſyncopationem fieri: ut eſt in *pomeridianus*, quaſi *poſtmeridianus*, S & T demptis, quod certè ratione liqueſcentiæ eſſe non poteſt.

III. Marius Victorinus lib. 1. ex veterum

uſu docet, illos quoties poſt US ſequeretur eſt, priores duas literas Verbi EST abjicere confueviſſe; ſed poſt vocalem, aut UM unam tantùm præſcidiſſe. Itaque pro *amatus eſt* ſcribebant *amatu'ſt* pro lectus eſt *lectu'ſt*: at pro *ſalvata eſt*, & *ſalvatum eſt ſalvata'ſt*, *ſalvatum'ſt*. ſed ipſius Victorini verba referamus: *Cùm fuerit autem ſcriptum, audiendus eſt, ſcribendus eſt, & mutandus eſt, & ſimilia generis maſculini primam vocem integram relinquetis: ex noviſſimâ autem E, & S detrahetis. Idem facietis in fœminis, ut prima vox cujus generis ſit appareat. Idemque in neutris*. Verùm hic Marii locus, ut nobis priſcum ſcribendi genus monſtrat, aut ſummùm prolationem; ita non convincit quomodo præſens nobiliùs ſanè, ac comptius relinquere debeamus. Notandum tamen eſt, unum Apoſtrophum duarum interdum literum in fine vocis defectum ſignare, ut in ſequentibus: *Vin', audin', juben', viden', ſcin', ain', patierin', cenſen', credin'* &c. pro *vis ne? audis ne? jubes ne? ſcis ne? ais ne?* &c.

IV. Quando verò Apoſtrophi nota apponenda ſit, nunc aperiam. Primùm, cùm veterum Poëtarum loca excribimus, in jis omnibus locis, in quibus ipſi eliſione uſi ſunt, ac cujus negligentiâ obſcuritas oriri, aut de carminis genere dubitari poſſet, aut lege; ut patet ex locis ſupra ex Ennio, Lucillio, &

X Ca-

Catullo adductis. Secundò, cùm eorum veſtigiis inhærentes, antiquitatemque affectantes, eaſdem eliſiones frequentamus, meliorum Scriptorum obſervatione. Tertiò contra Priſciani mentem, nullo Apoſtrapho notandas cenſeo eliſiones, quæ communiter fieri ſolent in carminum dimenſione, ut:

Tantum longa ævi potuit variare vetuſtas.
Te ne, inquit, miſerande puer.
Multum ille terris jactatus,
Non equidem invideo &c.

Non *long'ævi*; *Ten'inquit*; *Mult'ille*; *Non equid' invideo.* Dabo tamen hoc Servio, & Priſciano, ut quando conſona ſequitur, apponam: ut in his, ex Virg. 3. Æn. & 10.

Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſervas.
- - - Tanton' me crimine dignum
Duxiſti &c.

V. Græcis præcipuè Poëtis nihil frequentius Apoſtropho. Hi enim vocales, dipthongos conſonas interdum pro arbitratu elidunt, & prout metri neceſſitas poſtulat. Ex vocalibus quidem ε, & ο, itemque α, & ι cùm corripiuntur. Ex diphthongis αι, & οι, quas pro brevibus habere diximus. Vocales abjiciunt etiam ſequente conſonâ, ut Theocritus Idil. 15. Παρ' μὲν pro παρὰ. Interdum non ultimam præcedentis, ſed ſequentis dictionis elidunt: ſic Euripides in Phœniſ. ὦ 'ναξ pro

ὦ

ὦ ἄναξ. Ariſtoph. in Equit. δ'ξιῶ' γα' μαυτόν. &c. Sed in hoc differunt à Latinis Græci, quod ubique notam depingant, ſive in carmine ſive etiam proſâ oratione. Plura qui amat de Apoſtrophis Græcorum, conſulat Grammat. Aleandri Scot, Clenardum, & in cuñ Gerardum Voſſium, alioſque.

VI. Hujuſce notæ ante Bembum Italis uſus non fuit: quare duabus ex vocibus, quarum altera trunca, altera verò integra, unam faciebant, ut notat aliàs laudatus P. Bartoli, Orthogr. cap. 6. §. 1. ſcribebantque *sottol Ciel*, *Chel mondo*, *Quel chi fui* &c. *Ma ſchernito*. *Cha dir vero*, *Cha nome vita*, *Mattempo*, *Mappiglio* &c. Ab eo autem tempore ad majorem ſcripturæ claritatem adhiberi cæpit, ſcribique *Sotto'l Ciel*, *Che'l mondo*, *Quel ch'i'fui*, *Ch'a dir vero*, *Ch'à nome vita*, *M'attempo*, *M'appiglio* &c.

1. Ad ſignificandam eliſionem literæ in fine vocis, ut Lat. & Gr. v.g. *Dich'io*, *ſenz' altro*, *M'uccide*, *l' odio*, *s'adira* &c. Io. Vill. 1. 38. 5. *Alcuni dicono*, *ch'e'fù &c.* quibus in vocibus *Dich*, *ſenz*, & *L*, *M*, *S*, ex ſe pronunciari non poſſunt; ac proinde ſequentibus vocalibus jungi poſtulant.

2. Si verò eliſio in principio dictionis fiat, ipſi principio apponitur nota: v.g. *Sotto'l Cielo*, *Innanzi*, *o'n dietro*, *Che'nvia*, *Lo'mperadore*, *la'mpreſa*, *la'nnamora*, *E'ntanto* &c.

Petr. Canz. 8. *E'l bel guardo ſereno*.

Et cap. 4.

Che'l piè va innanzi, e l'occhio torna in dietro.

Dant. Purg. 7.

Ma noſtra vita ſenza mezzo ſpira
La ſomma benianza, e la'nnomora

Bocc. lett. *Ne gli valſe l'eſſere innebbriato per fuggire ſenza ſentimento le'ngiurie*. Scribitur autem æquè bene *Sott' il Cielo, innanz' o indietro, Ch'invia, l'Impreſa, e intanto*; & modus iſte magis mihi placet.

3. Ad demonſtrandam vocem aliquam obtruncatam in fine, quæ aliàs poteſt ex ſe proferri, nec exigit ſequentibus copulari: v. g. *Be' detti, E fù, I' fui, ne' tempi, pe' miſeri, que'monti, vo' leggere, vuo'tu, v'ſono*; ideſt *Bei*, vel *Belli detti, E gli fu, Io fui, ne i tempi, Per i miſeri, Quei monti, voglio leggere, vuoi tu, dove ſono*. Hoc autem ultimum poëtis tantùm licet uſurpare: quemadmodum Dant. Parad. 7.

V' la natura, che dal ſuo Fattore
S'era allungata? Et Petr. canz. cart. 4.6.
V' ſono i verſi; v'ſon giunte le rime?

4. Error autem eſt, & quidem non ferendus, vocibus L, M, N, R terminatis Apoſtrophum ponere quando conſona ſequitur: v. g. *bel'gigante, morirem'tutti, andran'furioſi, morir' conviene &c.* quę enim ratio valeat adduci non video. Si verò ſequatur vocalis, non improbo; quamvis aliter ſentiat Bartoli: ut *bell' umore, andrem'oggi, vann'eglino? ancor' eſſi*.

5. Hîc obiter admoneo; quod ſpirituales

les, ac morales materias qui ſcribunt, ad vitæ inſtitutionem, à tot eliſionibus laudabiliter abſtinebunt, quò pueris, ac fæminis facilior lectio reddatur: & ſanè integras voces magiſtros noſtros in concurſu vocalium interdũ adhibuiſſe perpicimus: Bocc. Introd. n. 37. *Siccome molti innanzi à noi hanno fatto*; & Petr. c. 8.

Quale in ſul giorno l'amoroſa Stella
Suol venir d'Oriente innanzi al Sole.

Dant. Inf. 29. *Avean le luci mie sì inebbriate,*
Che dello ſtare à piangere eran vaghe

Id. ibid. 9. *Volgiti indietro, e tien lo viſo chiuſo.*

VII. Hyphen ὑφ' ἕν latinè redditur *ſubunio*: eſt cùm utimur lineâ, quæ mediet in compoſitis ab ultimâ prioris vocis ad primam ſequentis ſubductâ, ut: *Græco-Latinus, Latino-Græcus, Italo-Germanus* &c. quod etiam quidam factum volunt in ordinalibus nominibus, ut: *decimuſ-primus, tertiuſ-decimus*. Fit etiam quando ita connectuntur vocabula, ut proximè ad compoſitorum naturam accedant, ut *ante-malorum, ſemper-florentis* apud Virg. & Lucr. Sed hoc Aldi, & Jodoci præſcriptum viros doctos minimè ſequi video. Sunt qui pro lineâ rectâ curvam appingunt hoc modo (‿) quod nomini Hyphen meliùs reſpondere videtur. Scribunt quoque Hebrei hanc notulam eodem ferè modo, & Maccaph vocant.

VIII. Hypodiaſtole ὑποδιαστολὴ nobis *ſubli-*

ſtinctio ſonat; habetque pro munere malè connexa in oratione, appoſito commate ſejungere, ut in hoc Virg. *amica luto, ſus,* ne quis legat *lutoſus*; & in hoc *conſpicitur, ſus*; ne quis efferret *conſpicit urſus*. Sed de hac, quia raró accidit, mora eſt longiùs diſſerere.

De Figuris Orthographiæ.

CAPUT XI.

I. SCribendi ratio interdum variari ſolet quibuſdam Figuris, quæ ſunt tantùm *πάθη*, ſeu affectiones vocum, quæ metro ſæpiùs, ac ſolutâ interdum oratione frequentari ſolent; hinc eſt quod quis harum imperitus ſæpiùs hæreat in ſcribendo, ac res nullius prorſus momenti enodare non valeat, divinatorque effectus, non ſemel quæ ſana ſunt corrumpat. Utile itaque futurum cenſui, hanc quoque partem non negligere, doctiſſimi Vvillichii confirmatus exemplo: Sic enim quilibet literarum mutationes, additiones, detractioneſve cognoſcens, expeditioris erit calami, æquioriſque in tollendis mendis judicii. Hæ autem Figuræ Metaplaſmi nomine recenſentur; fiuntque aut per *Additionem*, aut per *Detractionem*, aut per *Immutationem*.

II. Quæ fiunt per *additionem* ſunt: *Pro-*

ſthe-

ſtheſis, Epentheſis, Paragoge, & Diæreſis.

1. Proſtheſis πρόσθεσις, latinè *Appoſitio*, Chariſio *adjectio*, Ciceroni *additio* eſt, inquit Triphon in Appendice, cum aliquid adjicitur principio ſyllabæ, ut: ἄσταχυς, ἔδαμα, pro σάχυς δάμα; unde D. Greg. Naz. Νεῖλον καρποδότην, καὶ ἄσταχυν. Nilum frugiferum, & ſpiciferum. Latini *gnavus*, *gnatus* pro *navus*, *natus* dicunt; Virg. 11. Æn.

> *Dextera cauſa tua eſt, Turnum gnatoque, patrique*

2. Epentheſis ἐπένθεσις, latinè *inſertio*, eſt cùm medio dictionis litera, vel ſyllaba interſeritur, ut: ἔλλαβε, pro ἔλαβε; ὁππότερος, pro ὁπότερος. *Relligio*, pro *Religio*; *Sauromatæ*, pro *Sarmatæ*, *Mavortis*, pro *Martis*. Virg. Georg. 1.

> *Relligio vetuit ſegeti prætendere ſepem.*

3. Paragoge παραγωγή hoc eſt *productio*, Ciceroni *deductio*, & *tranſgreſſio*; fit cùm aliquid fini addimus, ut: ἦσθα pro ἦς: λέγοισι, pro λέγοις &c. *Amarier*, pro *amari*; *amplectier*, pro *amplecti* &c. Virg. Æn. 9.

> *Euryalus confeſtim alacres admittier orant.*

4. Diæreſis διαίρεσις, latinè *diviſio*, *ſeparatio*, Donato *diſciſſio*, Græcis etiam διάζευξις, διαχώρησις, & διάλυσις dicitur; ſolvitque unam ſyllabam in duas, ut: παῖς, πάϊς; ἐΰφρον, pro εὔφρον. Nobis quoque ſunt *auraï* pro *auræ*, *terraï*, *aquaï*, pro *terræ*, *aquæ* &c. Hujus autem figuræ nota utriſque ſunt duo puncta literæ impoſita; quo

quidem ſigno utuntur Latini interdum ad differentiam, ut in *aëra*, *poëta*, *Michaël*, *Raphaël* &c. nequis legeret conjunctim *æra*, *pæta*, *Michæl*, *Raphæl* &c. Sic ſcribendum illud Ovidii.

Ne temere in mediis diſſolüentur aquis.

Et ad Liviam

Mutua, nec certâ diſſolüenda die.

Et Tibulli ad Meſſalam

Stamina non ulli diſſolüenda Deo.

Et in illo Senecæ Sapphico Hippoliti act. 1.

Si qua ferïenti ſubiecta cancro eſt.

III. Metaplaſmi qui fiunt per *detractionem*, ſunt: *Aphæreſis*, *Syncope*, *Apocope*, & *Craſis*.

1. Aphæreſis ἀφαίρεσις, & ἔνδεια, ideſt *defectus*, Cic. *ablatio*; Diomedi *Detractio*; fit cùm principo dictionis elementum detrahitur, ut: κεῖνος, pro ἐκεῖνος, αἶα pro γαῖα, ἱρὸς pro ἱερὸς &c. Latinis *mitto* pro *omitto*, *temnere* pro *contemnere*, *ruet* pro *eruet*. Virg. Æn. 12.

Arboribus, ſtragemque ſatis; ruet omnia latè.

Hanc amputationem ſi ſit duarum ſyllabarum ἆρσιν, h. e. *ablationem* vocant, ut: βλῆσθαι, δέχθαι, pro βεβλῆσθαι, pro δεδέχθαι. Si in verbo, ex duplici conſonâ una negligatur, aut præſcindatur *Parallepſin* figuram vocant, ut *Porſena*, pro *Porſennà*; Conſonantis verò quæ nullam facit ſyllabæ remotionem, *Hypoſtalem*, ideſt *ſubtractionem* vocant, ut: *aſtruo* pro *adſtruo*; *aſto*, pro *adſto*.

2.

2. Syncope συγκοπή. Cic. *Imminutio*, Acroni *detractio*, κατὰ λέξιν fit *conciſio*; literam, aut ſyllabam è medio dictionis ſubtrahit, ut: εὑράμην, pro εὑρησάμην; ἐγένατο, pro ἐγεννήσατο &c *Sæclorum*, pro *Sæculorum*, *repoſtum*, pro *repoſitum*, *Divûm* pro *Divorum* &c. Latinorum ſyncopationes ſunt. Virg. Æn. 2.

- - - & rurſus caput objectare periclis.

3. Apocope ἀποκοπὴ latinè *abſciſſio*, ſeu amputatio, demit aliquid de fine, ut δῶ pro δῶμα, ποσειδῶ pro ποσειδᾶνα. Venatu pro *venatui*, *inger* pro *ingere*, *tun* pro *tune* &c. Virg. Ecl. 1.

Pauperis & tugurî congeſtum ceſpite culmen.

4. Craſis, quæ & Synæreſis vocatur συναίρεσις, ſeu συναλοιφὴ, latinè *complexio*, Donato *Conglutinatio*, fit cùm duæ vocales in unam contrahuntur ſyllabam, quæ ad diverſas ſyllabas pertinerent, ut τείχεϊ, τείχει, Theſei pro Theſeï, *Phæton* pro *Phaëton*, *derunt* pro *deerunt* &c. Ovid.

Sint Mecænates: non derunt, Flacce, Marones.

Huc pertinent contracta nomina, & verba, ut: *bellum*, *tibicen*, & pro *tibiicen* &c. *Sit*, *audit*, *capſis*, pro *ſiet*, *audiit*, *cape ſi vis*.

IV. Quæ per *immutationem* fiunt ſunt, *Metatheſis*, & *Antitheſis*.

1. Metatheſis μετάθεσις ad verbum ſonat *tranſpoſitio*, Fabio, & Donato *tranſmutatio*, fitque quando elementum è ſuo ordine in alium tranſponitur, ut: ἔρξω, κάρτος, pro ῥέξω, κρά-

κρίτος &c. *Evandre*, pro *Evander*, *Tymbre*, pro *Tymber*. Virg. Æn. 10.

Nam tibi, Tymbre, caput Evandrius abſtulit enſis. Apud Græcos eſt etiam toni, ſive Accentûs tranſpoſitio.

2. Antiſtaſis *ἀντίσασις*, ſeu meliùs Antiſtoethon *ἀντίςοιχον*, ad verbum *oppoſitio*, Diomedi *commutatio*, eſt literæ pro literâ poſitio, ut: *πόῤῥω* pro *πόῤῥω*; *θάλαττα*, pro *θάλασσα* more Attico: *faciundum* pro *faciendum*, *optumus* pro *optimus*, parte ob lite *olli* pro *illi*, quæ commutationes magnâ ex rarum affinitatem reſultant. Virg. Æn. 1.

Olli ſubridens hominum ſator, atque Deorum.

De Aſteriſco, Paragrapho, aliiſque notis.

CAPUT XII.

I. SUNT & aliæ nonnullæ notæ, quas ad hujus Partis calcem rejeci, quæ etſi omnes ad Orthographiam primariò ſpectare non videantur; earum tamen cognitionem, ut cerno eruditis omnibus neceſſariam, adduci non potui ut ſilentio præterirem; potiſſimùm cùm ab antiquis Scriptoribus interdum ſint uſurpatæ. Genio itaque, & utilitati ſimul inſerviens de his ſermonem breviter quidem, & alienis ferme verbis inſtituam. Princeps inter illas eſt Aſteriſcus *ἀςερίσκος*,

la-

Digitized by Google

latinè *parvam ſtellam* dixeris, quod in modum ſtellulæ efformetur hoc pacto (*). Hęc nota olim pingebatur, quando genus carminis mutabatur, aut ſiquid in carmine notatu dignum foret. Hodie ferè ejus uſus eſt quando aliquid deeſſe videtur in corpore libri. In ſacris libris pauſam monſtrat. Sic reperta ſunt alia ſigna ad placitum, quibus in operis decurſu, ubi opus fuerit annotatis ac in margine è regione collatis, vel auctorum nomina indicamus, aut quid aliud, quod, à corpore libri reſecandum cenſemus. In hoc quoque caſu, uti ſolemus pro ſigno, aut minuſculis Alphabeti literis, aut etiam Arabicis numeris; verbaque illa, aut ſententiam, quam ſeorſim acceptam annotamus, diverſo, ac minori charactere conſcribimus. Sunt qui Parentheſi factâ eòpſe loco, quo auctoris verba citantur, inibi & Nomen, librum, caput &c. ſcribant: alii verò, qui numero, aut literâ ſupra ſententiam depictis, in calce Auctorum nomina paginæ apponunt: alii in calce libri, quod minùs probarem. Porrò Aſteriſci notam aliter olim deſignatam fuiſſe, ac hodie, argumento ſunt hæc Jo: Laſcari verba in epiſt. ad Petrum Mediceum: *Et Aſteriſcum in hunc modum ſignatum .x. invenimus. Scribit autem Euſtathtius Xi literam quatuor punctis inter lineas ad ipſam conjunctionem diſtinctam, Aſteriſci præbere ſignum* . ·X·

II. Secunda nota, de quâ ſumus acturi, eſt Paragraphus παράγραφος latinè quaſi *adſcriptus*, qui olim variè efformabatur, & primùm hoc pacto ¶. Secundò lineâ protensâ, cujus extremitati punctus addebatur ⫪ Tertiô, ſi credimus Jodoco, ſic ſcribebatur π§α: à quo ablatis π, & α, remanſerit §, quod etiam venuſtatis, & brevitatis gratiâ corruptum paulatim creata ſit recens nota § quâ communiter utimur. Uſus autem Paragraphi eſt ad ſeparandas res à rebus, quæ inconnexæ concurrunt, ut in Catalogo; regiones à regionibus, loca à locis. Hinc Juriſconſultorum Paragraphi, quibus legum capita in ſegmenta dividunt.

III. Etiamſi Juriſconſultis notarum uſus fuerit interdictus à Juſtiniano; ut præmiſi c. 16. Partis primæ; non tamen illud effici unquam potuit ut duæ iſtæ ff, & D. à Juriſprudentiæ libris exularent, quibus apud nos ſignificantur Digeſta, & Pandectæ, teſte Jo. Coraſs. lib. miſcell. Juriſconſ, 15. Et Alciatus refert, pro hac notâ ff. veteribus ſolitum ſcribi hoc ſiglum π̃ Anonymus quidam interpres Jo: Porta ſcribit, Digeſtorum notam non fuiſſe olim π̃ ſed D per tranſversū diſſectum; notam autem *ff* profluxiſſe à corruptione θ, quâ literâ notabantur themata Juris poſtquam à Conſtantino, ſedes Imperii in Orientem translata eſt. Sed in his piget immorari

rari diutiùs; ſufficit enim hæc indicaſſe.

IV. Sunt præterea aliæ, quæ etſi nunc in uſu non ſint; in libris tamen antiquis, ac præcipuè ad S. Scripturam pertinentibus frequentari conſueverunt. Eas D. Epiphanii verbis fere deſcribam lib. de Menſuris, & Ponderibus. Prima Obelus appellatur ὀβελος cujus hęc fuit figura —)—. Obelus autem & Verutum ab Atticis dicitur. Sunt qui haſtam ſive lanceam appellent; & ad eas Scripturæ voces adhibetur quæ à LXXII expreſſę apud Aquilam, & Symmachum non extant. Nam LXXII. voces iſtas addiderunt ex ſe; non fruſtra tamen, ſed utiliter, & cum fructu: etenim ſicubi manca, & defecta erat oratio, nonnullis adjectis plurimum ei lucis addiderunt &c. Et paulò infrà: Quare ubicumque dictio quædam occurrit, quæ apud LXX legitur, in Hebræo verò non item, obelus vocabulo huic adjunctus, in matrice, ac velut Scripturæ ſolo, & fundamento deeſſe ſignificat, nec eo loco reperiri.

V. Proximus eſt Lemniſcus λήμνισκος qui hac figurâ depingitur ÷ eſtque longurius inter duo puncta. Eam ſacris codicibus adſcripſit Origines, ut quoties in ſeptuaginta duorum Interpretum editione diſcrepantem aliquam vocem, quod rarò uſuvenit, repereris, quæ ad ſuperiores non adhæreat, nequè ſimilibus conjuncta ſit, ex duobus punctis intel-

telligas, unum, alterúmve par Interpretum, vocem illam in ſuâ interpretatione poſuiſſe. Quæ quidem ambo, aut ſimilia nominantur.

VI. Hypolemniſcus, ὑπολήμνισκος deniq; habet hanc formam ⸓ lineâ videlicet ſubjecto puncto; cujus ea vis eſt, ut ad quemcumque locum appictum vides, ſignificet, ab uno Interpretum pari ſic editum, ac conceptum fuiſſe, id quod ſimplici puncto declaratur, & cum ſuperioribus, quibus adtexitur geminum, ac germanum videri. De hujuſmodi librorum notis Diogenes Cyzicenus, & Svetonius Tranquillus tractârunt; ſed eorum ſcripta deperiere, teſte Suida. Utcumque tamen eas habemus ex Laërtio in Platone; Iſidoro lib. 1. Orig. c. 20. & à recentioribus à Caſaubono in Laërtium, & Vvovverio in πολυμαθ. c. 17.

De diverſâ efformatione & I, & U vocalium, & conſonantium.

CAPUT XIII.

I duo dat Latium ſpecie, quæ oppoſita: dátque
V duo, queis pariter perſtat diverſa poteſtas:
Et varia ut virtus, varia eſt quoque forma ferenda.
I mihi vocalis cenſetur parva columna:
Conſonus at ſpecie caudam deſignat aduncam.

V vocalis erit parte inferiore rotundus:
Conſonus inverſum Græcorum Lambda figurat.

I. Obſervandum eſt primò num voces I, aut V conſonum exigant, an vocale. Aliter enim cùm vocales ſunt pinguntur, aliter ſi fuerint Conſonantes. Quando vocales ſunt in charactere Romano, & curſivo, in majuſculis, & minuſculis hanc formam tribuimus: I, U, iu. *IV iu*. quando conſonæ, iſtam J, V, j, v. *I, V, j, v, v*.
Inveteratæ conſuetudini dandum, quod in minuſculo curſivo conſonum ita formetur *v*: cùm majoris formæ deſerviat pro vocali. Non eſt meum, ut par eſſet, hîc Amanvenſium ignaviam culpare, qui pigri, ac deſides, perperam ubique ſcribunt ejuſdem omnino formæ has literas; ſive vocales, ſive conſonæ ſint; putantes titivilitium quid, ac ſupervacaneum quamlibet ſuo proprio inſignem facere charactere. Profectò ſi adhuc mos ille vigeret, quo Amanuenſes juramento adigebantur, ut rectè omnia ſe exaraſſe, ac cum exemplari contuliſſe, dicerent, per Chriſti nomen, diemque tremendi Judicii; paucioribus ſcaterent eorum ſcripta mendis. Sed cauſa eſt, quòd pro hoc munere obeundo gregarios homines, ac literarum inexpertes, admittunt; docti viri quod non fecere veteres. Nam, ut teſtatum reliquit Joannes Gerſon de laude Scriptor. conſid. 6. *Olim apud*

apud Sanctos Patres habebatur electio ſuper Scriptoribus, nec paſſim admittebatur indoctus; ſed uſque ad punctorum formationem, qui lucem dant magnam legentibus, examen habebatur. Inutilis ergo habenda non eſt, non dicam puncti obſervatio, ſed vocalium diſtinctio à conſonantibus; cùm alioqui ſæpè contingat, ut dubia ſit mens lectoris, num v. g. *parui* ſit à *pareò*, an à *parvus*. Hanc dubietatem tollet accuratus quiſpiam Scriptor; nam ſi eſt à *parvus*, eſt *parvi* *v* conſonâ; ſi à *pareo*, *parui*, *u* vocali. Idem dicendum de *volui*, *conſuerunt* *&c.* num ſint à *conſuo*, vel *conſueſco*; à *volo*, an à *volvo*. Porrò quid laboris excogitari queat in hoc, quod ab ambiguitate tollendâ proprio charactere in ſimilibus aliquem perterrefaciat? Sanè ſi manum paulatim aſſuefaceremus, volentes, ac nolentes indè vocales haſce diſtingueremus. Omnia enim rerum principia, ut dicebat Tullius 5. de fin. parva ſunt, ſed ſuis progreſſionibus uſa augentur. Sed nos amamus laborem, at nolumus improbum; hæcque ut parvi facimus, ac invitò, difficilia videntur. Et certè

Nulla eſt tam facilis res, quin difficilis ſiet
Qam invitus facias. Ter Heauton. 4. 6.

II. Quando autem I, & U vocale fiat conſonum, modò videndum, ut clariùs dignoſcatur quodnam debeat appingi. Monſtravit hoc Ulrichus ab Hutten his verſibus

Con-

Conſona facta, Jovis, Venus, *hoc oſtendere poſſunt*,
Utraque converti facilis, retroq; referri
Troja, Gaza *velut*, Trojæ *qui primus ab oris*:
Et vervum ſolvo, *Dux longâ pace* ſolutus.
Sic vicibus mutantur, ac in ſua jura recedunt.
I quoque, ubi poſita eſt vocales inter, utrinque
Fit dupla, & craſſas extendit murmure voces.
Cajus *ut eſt: tamen hanc voluit geminare vetuſtas.*
V quandoque ſono manca eſt, vimque exuit omnem;
Ni liquidam dicas, quoniam reſolubilis extat,
Suavis *ibi*, quercuſque *dabunt documenta, vel* anguis.

Eadem tradit diverſis verbis, multis in locis, Terentianus Maurus, quæ hîc, ne multa inutiliter congeram, non ſubjungo. Conveniunt ſiquidem omnes Grammatici, quod dictæ vocales, in conſonas migrent, quotieſcumque in eâdem ſyllabâ alia vocalis ſequatur, ut; *jaculum*, *venenum*, *vulnus*, *judicium*, *jocus*, *vox*, *&c.* Si tamen I, & U per Syncreſin coaleſcant, non variatur character, ſed remanent vocales: ut, *cui*, *huic*. Interdum ex conſonantibus in vocales tranſeunt; quando nempe accidat Diæreſis, & *Silüa*, *volüo* &c. triſyllaba ſint; & viciſſim ex vocalibus in conſonantes, ut in his *arjete*, triſyllabum

Y *genua*

genva diſyllabum eſt. Poſt S, Q, & G literas U vocalis inſcribi ſolet, ut: *ſuavis, æquitas, languidus &c.* quia tunc liqueſcunt.

III. Veteres ad differentiam, quando V erat conſonum, F inverſum ſcribebant, ut notat Priſcianus. lib. 1. cap. de accid. lit. & Voſs. l. 1. de Art. Gram. c. 15. & hoc quidem circa tempora Claudii; ut idem notat, & hac ipſius Inſcriptione, quam ſubdo, videri apertiùs poteſt.

TI. CLAVDIVS
DRVSI. F. CAESAR
AVG. GERMANICVS
PONT. MAX. TRIB. POT
$\overline{\text{VIIII}}$ IMPER.
CENSOR. P. P
AVCTIS. POPVLI. ROMANI
FINIBVS
POMERIVM
AMPLIAℲIT. TERMIMAℲIT. QVE

Romæ.

Aliam habet Gruterus p. 1065. 11. ubi SERℲILIAI, AℲIOLAI, ℲISV ſic ſcripta verba leguntur. His ſimiles habes apud Fabrettum cap. 6. n. 118. 119. 120. pag. 473. in ℲIXIT, ℲILICVS, ℲIAM, ℲALERIAM &c.

Aliæ

Aliæ nonnullæ Orthographiæ obſervationes.

CAPUT XIV.

I. NEquid Orthographum lateat, quod aut ad venuſtatem, aut utilitatem ſcribendi conducere poſſit, nonnullas obſervationes ſubiicio, aut à me, aut ab eruditiſſimo Caramuele factas, quas non prorſus inutiles Typographis etiam ipſis non crederem. Quia igitur ſæpè accidit, ut Scriptoris cujuſdam verba proferamus, ſcriptiſque noſtris ob majorem dicti, factive auctoritatem inſeramus; non ſolum loca, libros ſcilicet, caput, numerum, aut ſimile, à quibus fuerint deſumpta, exſcribere debemus; ſed etiam ſuo quæque charactere diſtinguere, Auctoris nempe nomen, agnomen, locum, & verba. Verba, ſi liber Romanis, ſeu rotundis typis edatur erunt curſiva; ſi curſivis, rotunda. Sed quomodo Nomen & liber? Sint loco regularum exempla.

Dixit David *Pſal. 18. verſ. 1. Cæli ennarrant gloriam Dei. Dixit David* Pſal. 18. verſ. 1. Cęli enarrant gloriam Dei. Prior nomen Auctoris exprimit rotundo, locum, & verba curſiuo: poſterior nomen, & verba curſivo, locum rotundo. Modus iſte poſterior multis placet; nam omnia (nomen, locum, &

verba) dilucidè, & curioſè diſtinguit Prior autem, niſi corrigatur, ſuſtineri non debet; corrigetur, ſi inter locum, & verba aliquid interiiciatur, vt patet in ſequenti.

Dixit David *Pſal.* 18. *verſ.* 1. vt nos ad laudandum Deum excitaret; *Cœli enarrant gloriam Dei.*

Aliqui tamen tædium recuſantes verba tantum formalia auctoris diſtinguunt, quod & docti viri fecerunt; vt ex eorum ſcriptis videre eſt; & hos inter Gerardus Voſſius, quem in hoc Opuſculo hac in parte ſequi non dedignatus ſum. Alii tandem nihil prædictorum diſtinxere; ut Agellius, ac veteres plerumque fecere.

II. Cujuſque Capitis libri initium faciet litera omnium, quæ ſubinde ponantur, major, aut ornata, aut ſimplex; & reliquum vocis minoribus ſed tamen majuſculis literis terminabitur. v.g. dictio ſit. QUONIAM: vel ſaltē litera primæ ſubſequens ita QUoniā Tituli quoq; erunt ubique ejuſdē magnitudinis; & ſi ſemel ſcribantur curſiuo tanto, omnia exinde erunt characteris curſivi, ejuſdem omnino ſint formæ: minora quælibet, in quæ liber dividatur, ſegmenta. Nomina quoque Regum, ac Principum, ſiquando eis quidquam inſcribatur, ſemper ac exprimenda erunt, Capitalibus literis donabimus. Aliqui hoc ipſum frequentant quando

Di-

Digitized by Google

Divina citant Oracula, aut inſigne quoddam alicujus dictum, quod Legentium animo fortiùs inhærere deſiderant. Nonnulli primam tantum vocem ſic obſignant, eſtque communiùs hoc apud Typographos receptum. Hæc autem omnia præſtare debet, qui luci aliquid dare deſiderat, in exemplari, nullo modo Typographorum ſolertiæ confiſus; alias qui ſpem ſuam fruſtrari multoties comperiet.

III. Multum inſuper in Scriptore laudabitur, inquit Iodocus Orth. Inſtit. c. 3. *Si ad rectam lineam verſus ſcripti fuerint, ne litera (ut Comicus jocatur) literam ſcandat. Quare antiquitus per ſulcos literarum habitus inſculpſere, in quorum veſtigiis articulos puer firmaret nequè extra ſeptum aberraret, cum utrinque marginibus contineretur*. Poſtremò neque id negligat velim, ut ſingulis tractibus ſua proportio ſeruetur; nam & hoc licet in ſpecie minutulum videatur, gratiæ tamen non parum ſcripturæ addit: Nec ex iis cerdonibus Orthographum meum volo, qui omnia ſibi permittunt; literarum formas invertunt; nouas pro arbitratu effingunt; ſed potiùs ex iis qui cum Poëta canere queat

Non liber ut fieret, ſed uti ſua cuique daretur
Litera, propoſitum, curaque noſtra fuit.

Finis Secundæ Partis.

Digitized by Google

A. M. P. I.

SIGISMUNDI A S. SILVERIO

ORTHOGRAPHICARUM OBSERVATIONUM

PARS TERTIA

DE INTERPUNCTIONE.

Interpunctionis neceſſitas. Ejus apud Veteres uſus, ac notæ.

CAPUT I.

I. INTERPUNCTIONEM Orthographo neceſſariam eſſe, nemo, ut puto, diffitebitur; cùm illius præcipuum munus ſit, quod niſi primariò præſtiterit, reliqua omnia diſtinctionum genera proieciſſe dicendus eſt. Maximæ namque utilitatis parens illa eſt, cum per eam Scriptorum mens, aut percipi, aut ignorari poſſit; adeo quidem, inquit Gerſon, ut auctori proprio, ſeu dictatori, non intelligibilia ſine notis diſtinctionum viderentur volumina, quam tumlibet introſpecta. Quapropter re-

recte dixit quiſque ille fuit: Diſtinctionem bonam eſſe Commentarii vice; nimirum, quod ita ſermonis ſenſus fiat manifeſtior, quàm ſi omnia temere eſſent profuſa. Quod idem teſtatur Aldus Iunior ad Franciſcum Morandum in præf. Opuſc. de Interp. his verbis: *Equidem uſu didici, obſcuras ſæpe ſententias, ſi rectè diſtinguantur, illuſtrari: contrà, diſtinctionis vitio loca multa ita perturbari, atque perverti, vix ut aliquando intelligi, aut ne intelligi quidem unquam poſſint.* Hac potiſſimùm de causâ Heracliti Sripta olim à quolibet neglecta, atque contempta protulit Ariſtoteles Rhetor. l.3 cap.5. quòd nempè omni diſtinctionum genere deſtituta, non ſolùm legentium ſpiritus defatigarent; ſed etiam pluribus in locis ipſiùsmet auctoris ſententiam peruerterent potiùs, quàm exponerent; ut videre cuiquam erit ex hoc exemplo ex Operis illius initio deſumptum. Φησὶ γὰρ λόγȣ τȣ̃ ὄντος αἰεὶ ἀξύνετοι ἄνθρωποι γίγνονται *Rationis ejus, quæ verè eſt, ſemper, imperiti ſunt homines.* Incertum eſt enim utri parti illud aduerbium *ſemper* applicandum ſit. Sane à Clemente Alexandrino lib.5. Stromatum præfata verba referente τὸ ἀεὶ poſterioris ſententiæ partis adverbium fit; à Petro Victorio, aliiſque permultis prioris. Sed hæc, & ſimilia pro libiro in utramque partem diſtrahi, quis prohibeat?

II. Interpunctionis pariter defectu dubia olim Dæmonum oracula extitere, quod vel minima diſtinctio abſtuliſſet; ut illud: *Ibis redibis, non morieris in bello*. Ubi ſi comma poſt *redibis* ponas, vides contrariam omnino ſententiam reſultare. His affine eſt illud factum: *Porta patens eſto, nulli claudaris honeſto*. Si enim præceſſerit comma *nulli* laudem, ſin ſequatur, vituperationem continet. Multum pariter diſputatum eſt ab eruditis pro reſtitutione hujus Virgiliani Æneid. 1.

Illi indignantes magno cum murmure mentis
Circùm clauſtra fremunt &c.

ubi τὸ *montis* tam murmuris, quàm clauſtri genitivus eſſe poterit, prout virgulâ diſtinguatur. De hoc quoque Maximi lib. 1. cap. 2. diſceptatum. *Lento gradu ad vindictam Divina procedit ira; tarditatemque ſupplicii gravitate compenſat*: qui locus & ita intelligi poteſt, ut τὸ *ſupplicii* non tarditati, ſed grauitati reſpondeat. His addi poſſunt ſequentia carmina, quæ prout commata removebis, laudem, aut vituperationem habebis. Sic diſtincta laudant

Laus tua, non tua fraus, virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus omnipotens.

Sic vituperant

Laus tua non, tua fraus, virtus non, copia rerum

Scan-

Digitized by Google

Scandere te fecit hoc decus omnipotens.

Sexcenta ex his proferri poſſent ex probatis auctoribus, quæ diuerſimode explicari poſſunt ob defectum minoris diſtinctionis, quæque à Scholiaſtis perinde controuerſa fuere. Verùm iſta ſatisſuperque ſufficient, ut intentum aſſequar, ac Interpunctionis neceſſitatem ingeram.

III. Quoniam verò fit, ut aliquâ ſpecie utilitatis objectâ, animus commoueatur, atque bonum illud, ex quo dimanare poſſe autumat, ardentiùs inſectetur; hinc eſt quod Interpunctioni enixiùs operam daturos putem Adoleſcentes, ſi eam neceſſariam non modo, ſed utilem demonſtrauero. Primùm igitur ad pronunciationem facit recta Interpunctio; quæ, cum quis totum contextum proferre conatur, ne continuatione deficiat, reficiendi ſpiritus copiam præbet; quando fieri nequit, ut quis perpetuâ linguæ volubilitate ἀπνευστὶ pronunciet. Docet hoc ipſum Diomedes lib. 2. cap. 4. in hæc verba. *Lectioni poſituras accedere, vel diſtinctiones oportet, quas Græci θέσεις vocant, quæ inter legendum dant copiam Spiritus reficiendi, ne continuatione deficiat.* Quapropter in unaquaque poſiturâ juſtam moram ſervandam eſſe, omnes primæ notæ homines affirmârunt; ut liqueat auditori ubi deficiat ſenſus, ubi ſuſpenſus maneat, ubi ad metam peruenerit; niſi ali-

quan-

Digitized by Google

quando interciderent vehementiores affe-ctus, in quibus plerumque abruptè efferuntur; uti potiſſimùm, apud Comicos, & Tragicos fieri ſolet. Addendum cùm Strebæo de Elect. & Oratoriâ co. locat. verborum. lib.1. cap.8. Scripta benè diſtincta, legentem majori jucunditate afficere, tædium prohibere, claritatemque inducere; quo fit, ut omni moleſtiâ relevati, ſæpè ſæpiùs lecta denuo oculis percurramus; noſque ad ulteriora vegetiori ſpiritu, atque animo alacriori conferamus. Poſtremò & illud utile fuerit, ut notat Vuillichius, *quod & Pueri periodum, ejuſque partes, vel cùm audierint, vel cùm ipſi legerint, promptiùs percipiunt*; Verùm Interpunctionis neceſſitas, utilitáſve, iis potiſſimùm innoteſcet, qui veterum Auctorum lectioni addicti, antiquos codices præ manibus habuerint; In iis enim, cùm non omnia exculta, ſed indiſtincta, atque confuſa viderint, tunc ultro affirmabunt, nihil Reipublicæ literariæ accommodatiùs accidere potuiſſe, diſtinctionum notis. Mirum tamen eſt, quod eò uſque pervenerit quorundam ſtoliditas atque protervia, quod huic optimo inſtituto ſeſe opponere non erubuerit; illud vel leviſſimi momenti opus, ad tuendam Pædagogorum inſcitiam excogitatum; adeoque veteribus ignotum, vel nihil reſpirationi, aut lectioni demum pro-

fu-

Digitized by Google

futurum, dictitantes. *At miſeriùs ſtultitia*, inquit Tullius, *quid dicere poſſumus*? (1. de Nat. Deor.) Sanè ſeipſos prædicant, talia qui protulere futilia argumenta, ut craſſioris minervæ homines, hebetioriſque ingenii, quo lucem à tenebris nequeant dignoſcere. Quomodo ergo leviſſimi momenti opus Interpunctio, ad quam invehendam inſudârunt tot ſummi viri, quibus erat reipsâ cognitum, eâ ſine, Veterum ſcripta germanæ lectioni reſtitui haudquaquam poſſe; quam invectam, tot laudibus cumulatam ſcimus undequaque, tamque firmiter radicatam, ut meliori conatu ad eam evellendam futurum ſit opus, ac fuerit ad invehendam? Nec etiam adeo certum eſt, priſcis ignota fuiſſe diſtinctionum genera; quin ſunt qui ultro citroque diſputaverunt. Hoc tamen dato; perinde non ſequitur, nihil reſpirationi, aut lectioni profutura. Nam quod naturam exigere videmus, neceſſarium, velimus nolimus, fateamur oportet. Quod verò pauſas, notaſque exigat diſtinctionum natura: ex eo apparet, quod ſi ſeorſim per nos ipſos quid legimus; licèt nec ſpiritum elatâ voce defatigemus, neque labia, linguamque moveamus; tamen hinc inde ſiſtere compellimur, pauſaſque, niſi ſint, ac ſi eſſent, efficere. Cùm autem naturæ imitatrix ars ſit; optimè invaluiſſe interpungendi uſum credendum, ne vel in hoc ab illâ receederet. IV.

IV. Venio ad uſum. Veteres num poſituris uſi ſint, ſatis non apparet. Quidam putant de hiſce diſtinctionum Notis factum, quod de Accentibus contigiſſe diximus Parte Primâ; eas ſcilicet primùm vſui fuiſſe, inde tamen defeciſſe. Certè Iſidorus libr. 1. Orig. cap. 19. Donatus edit. 1. Diomedes lib. 2. aliique, Auctores ſunt, ipſos uno, eodemque puncto diverſimodè collocato ſua ſcripta interpunxiſſe, itaut mediæ literæ impoſitum notaret Comma: ad caput literæ eſſet nota Coli: ad imam literam ſignaret Periodum. Quando enim orationis ſtructura; omnino imperfecta erat, & ſenſus tunc mediæ litteræ diſtinctionem apponebant, & hæc *media diſtinctio*, ſeu *mora* dicebatur græcè μέσηστιγμή. Cùm ſtructura orationis ex aliquâ parte perfecta quidem erat, ſed ſenſus adhuc pendebat; tunc ad ſummum literæ diſtinguebant puncto, eratque *Subdiſtinctionis* nota, Græcè ὑποστιγμή. Aut ſtructura orationis abſoluta erat, & ſenſus; & tunc ad imum literæ punctum figebant, quod finalem diſtinctionem monſtrabat, Græcè τελεία στιγμή. *Porrò,* inquit Laurentius Beyerlinck, *neque ea interpungendi lex omnino vetus fuit: Conſtat enim, veteres ſingulas voces punctis includere ſolitos, neque ullam habere diſtinctionem aliam. Ergo divinari poteſt quando ea conſuetudo invecta.* Profectò, quod dicat Laurentius, vete-

res

Digitized by Google

res ſingulas voces punctis incluſiſſe; verum quidem eſt aliquando feciſſe: perſtant enim monumenta, quorum nonnulla inferius adducam, quibus id ratum habemus; ſed id perpetuum non fuit; nam plurimùm etiam in inſcriptionibus ejuſdem omnino ævi nulla puncta apparent; aut ſi qua interdum, poſt vocum tantùm compendia; adeo ut longè plura ſint, quæ punctis deſtituuntur, quàm ea, quæ afficiantur. Quod autem affirmet, nullam habuiſſe diſtinctionem aliam; ſtare quidem poteſt, ſi intelligatur de jis, quæ per majuſculos characteres ſcripſere: tunc enim nulla dabatur alia diſtinctio; imò etiamſi præfatum diſtinguendi genus frequentatum fuiſſet, ſola, atque unica diſtinctio punctum eſſet, ſed diverſæ literæ parti accomodatum: cæterùm ſi ſermo ſit de minuſculo charactere, ac de jis, quæ non marmoribus æternitati conſecrabantur ſed privato modo habebantur; acta ſcilicet, hiſtoriæ, orationes, aut ſimile; non video quomodo tueri poſſit laudati Auctoris ſententia. Neque enim perſuaſum habere queo, ingentis interdum voluminis voces ſingulatim ſuo puncto inſignes voluiſſe; quin potius hinc inde eandem notam conſperſiſſe, prout magis minuſve perfecta reſultâſſet ſententia. Neque aliter, me judice, convincunt exigua, quæ apud nos perdurant ve-

tu-

tuſtatis fragmenta. Si enim intueamur Fragmenta hiſtorica Etruſcarum Antiquitatum à Proſpero Veſulio Feſulano V. C. congeſta, ac ex publicis Thuſcorum archiviis fideliter, ut ipſe teſtatur, ante Chriſtum natum tranſcripta, indeque in devaſtatione Scornellianæ arcis, cui ipſe præerat, plumbeis laminis incluſa, terræque commiſſa: dubio procul videbimus voces non ſingillatim punctis affectas; imò perrara admodum, ac interdum geminata; quod argumento eſſet, aliam præter unicum punctum, habuiſſe priſcos diſtinctionem; quod negat Beyerlinck. Verùm ſi de Græcis ſermo ſit, minus dubitanter aſſererem, nuda admodum ab omni diſtinctionis ſigno extitiſſe olim eorum ſcripta quæcumque illa fuerint; ut ex innumeris, ac vetuſtiſſimis eorum monumentis deducere, atque coniicere fuit. Quod ſi aliquæ Inſcriptiones reperiuntur punctis notatæ, etiam ad ſingulas voces; hæ nonniſi inferioris æui ſunt, idque Latinorum exemplo fecere. Porrò quod hac in parte admiratione dignum, eſt Scriptorum omnium de Interpunctione ſilentium; adeo ut, neque origo, neque illius usûs tempus valeat quoquomodo innoteſcere. Caſſiodorus ſuperiùs recenſitum diſtinctionum numerum, & formam, à majoribus acceptam tradit. Sanè idipſum, & nos tenemus, ſed quandonam, aut

Digitized by Google

aut à quibus majoribus acceptum, inquirimus. Caſſiodoro concinunt Fortunatianus in Rhet. Scolic. Papias, Villichius, Aldus Pius, aliique. Verùm nihil certiùs de Interpunctionis origine, quàm nihil certi haberi poſſe, credendum eſt.

Quis apud recentiores notarum Interpunctionis ſit numerus, & forma.

CAPUT II.

EXPOSITA Veteri formâ Interpungendi, reſtat ut de recentiori aliquid dicamus. Primùm itaque, cùm ſæpe accideret, ut puncta, quibus diſtinguebantur ſcripta, utpotè tenuia, vel facilè deperirent, vel perperam ab aliquibus (quod inſcitiæ, ac celeritatis eſt proprium) locarentur; itaut quod medium literæ v. g. obtinuiſſet, ſummam, aut imam, & contrà obtineret partem; indeque ſensûs commiſcerentur, & auctorum libri paulatim in deſuetudinem irent; viri docti Marſilins Ficinus, Nicolaus Perottus, Joannes Tortellius, Valla, aliique ſigna quædam meditati ſunt, quibus invicem media, ſubmedia, & finalis diſtinctio diſgnoſcerentur, atque ſecernerentur. Quapropter in libris recudendis pro *mediâ* diſtinctione hoc ſignum poſuere (') aut (`) lineam ſcilicet ad

læ-

Digitized by Google

læyam, aut dextram parumper inclinatam, literæ magnitudinem exæquantem. Pro *ſubmediâ* punctum geminârunt, capiti extremitatiq́ue literæ apponentes hoc pacto (;) Pro *finali* tandem idem punctum, ut antea retinuerunt (.) Cùm autem hic uſus ſummæ utilitatis ad rectam librorum intelligentiam dignoſceretur; non ſolùm citiſſimè ferè undequaque receptus; ſed inde, quod inuentis facile eſt, expolitus, adauctusq́ue; & circa annum 1512. ut ſentit Lombardellius, in eum, quem nunc obtinet ſtatum conſtitutus.

II. Ut verò hoc inventum nihil ſaperet vetuſtatis; ut formam, ſic nomen placuit immutare. Scrutati igitur Periodi naturam, ad cujus diſtinctionem dictæ notæ fuerant inſtitutæ, illud velut corpus ſuis partibus compactum reperêre; atque ex Commatibus, Semicolis, Colisq́ue coaleſcere; ita ut comma ſit velut articulus digiti, ſemicola, & cola ſicuti breuiores, longioreſve digiti, ex quibus omnibus Periodus, tanquam perfecta manus reſultaret. Quamobrem minimam diſtinctionem *Comma* dixere, longiorem commate ſed breviorem colo *Semicolon*, longiorem ſemicolo, & periodo minorem, *Colon*. Perfectam inde ſententiam, ſed adhuc plenitudinis capacem *Punctum Mobile*, perſectam demum, & quoad omnes partes abſolutam

Pun-

Punctum finale, *ſeu Periodon* appellârunt. Hiſce notis numero quinque nunc vulgò ſcripta quælibet interpungi ſolent, ſervantque eandem ubique figuram, etſi nomine quandoque vario indigitentur. Et quia Adoleſcentes nil lateat, quibus hæc potiſſimùm ſcribimus; priuſquam de illarum collocatione peculiarem habeam ſermonem, hîc denuò κατὰ τάξιν formam variaque earum nomina exponamus.

III. Comma κόμμα Græca vox Latinè ſonat *Inciſum*. Nos & *Virgulam* dicimus: Caſſiodoro *Subdiſtinctio*, nonnullis, teſte Aldo, *Semipunctum* appellatur; Lombardellio *punctum ſuſpenſivum*, *diſtinctio minima*, *ſimplex* &c. Lineolâ ad lævam, aut dextram literæ partem protensâ primùm ſignare conſueuerunt, ut ſuprà retulimus: qui ſanè mos longo tempore perduravit; ut ex vetuſtis libris obſervare fuit. In membranis tamen quibuſdam Bibliothecæ noſtrę Florentinę nullibi ſignum Commatis apparet, ſed geminum dumtaxat, aut unicum punctum. Nunc ſemicirculo notatur ad calcem literæ: hoc pacto (,). Terminat autem Comma non integram ſententiam, nec ſententiæ partes, ſed nomina ac verba diſtinguit, quæ aliquo modo differunt: ut ex infra dicendis meliùs conſtabit.

IV. Semicolon ὑποκῶλον Latinè *punctum acutum*, Italicè *punto, e virgola*, *mezzo punto*,

Digitized by Google

puncto acuto. Hanc habet formam (;) Eſt autem nota reſpirationis paulò majoris quàm in Commate; ſed minoris quàm in Colo, uſurpaturque diſtinguendo contraria nomina. Græci carent ſemicoli ſigno, ſupplentque ſimplici Commate.

V. Colon κῶλον Latinè *membrum* ſumptâ metaphorâ à corpore animalis; quidam ſyſtema, hoc eſt interuallum vocant. Ideò autem major quædam periodi pars membrum dicitur, quòd ex pluribus conſtet partibus, velut digitus ex pluribus articulis. Italicè *punto doppio, due punti*: atque ita ſignatur (:) *Cujus ea vis eſt*, inquit Aldus, *ut quaſi medium locum obtineat inter punctum ſemicirculo junctum, & unicum punctum; nam bina puncta, ſi cum puncto, & ſemicirculo comparentur, plus ad ſententiam disjungendam valent; ſi cum unico puncto, minus*. Miror tamen hac in parte Lombardellium virum aliàs ſani judicii, geminationem puncti Comma vocare contra recentiorum omnium ſententiam. Græci non duobus ſed unico ad ſuperiorem literæ partem poſito puncto, Cola diſtinguunt.

VI. Punctum mobile, ſeù minus, Italicè *puntino, punto minore, ſemplice, mobile &c.* hanc habet notam (.) Adhibetur autem quotieſcumque ſententia abſoluta quidē eſt quoad omnes ſuas partes, ſed aliquid addimus ut pleniorem illam faciamus. Lombardellius

hoc

Digitized by Google

hoc punctum Colon vocat, ſed quam pravè, viderint omnes.

VII. Periodus, quam Latinè *clauſulam, circuitum, comprehenſionem, circumſcriptionem, continuationem, & ambitum* nominarunt, ſumptâ metaphorâ, quòd in periodo, quaſi in quodam orbe incluſa procurrit oratio. Dici etiam poterit *punctum ſtabile,* ac *majus*. Italis *punto fermo, maggiore, ſtabile, punto con la majuſcola*, ad differentiam ſcilicet mobilis puncti, quem ſequitur minuſcula, ut fuſiùs ſuo loco. Ejus tamen nota nunc eadem ac puncti mobilis eſt (.) quæ augeri oportebit prout major minórve characteris forma. Non defuere tamen qui multiplici ratione ſignaverint ad diſtinctionem. Alii enim ſic (▲) alii (■) Aldus, ut in libris ab eo editis elucet, hanc uſurpauit (÷) quam ſanè formam ut ridiculam irridet Vvillichius; verùm & ipſemet Aldus poſtmodum cum vulgò ſenſit. Mariano Sozino uſui hæc fuit (⁘) ut notat vir eruditus.

VIII. Porrò quia rerum omnium Theſaurus memoria, quæ niſi cuſtos inventis, cogitatis rebus, & verbis adhibeatur, intelligimus, omnia, etiamſi præclariſſima, peritura; hinc eſt quod ut altiùs præfata notarum nomina, & formæ ſtudioſorum animo inhæreant, ſequentibus, quicumque ſint, ver-

ſibus comprehenderimus; hi enim , ut docet Ariſtot.Rhet.3. cap.9. maximè ad recordationem ſunt apti: *atque hæc cauſa eſt* , inquit , *cur omnes facilius carmina , quàm ſolutam orationem recordentur ; quia numerum habent , qui ea metiatur* . Igitur notas , de quibus eſt ſermo , variè appellatas primò ſcias velim ; nam Græci modò στιγμὰς, modò θέσεις dixere: Latini *poſituras, pauſas , diſtinctiones , diſtinctionum ſigna &c.* Itali *poſature, note, diſtinzioni , note di trattenimento &c.* Dictæ autem ſunt *poſituræ* , inquiunt Sergius , & Iſidor. libr. 1. cap. 19. quòd poſitis punctis adnotentur , *diſtinctiones*, quòd res omnino diverſas ſejungant , ac in partes ſibi reſpondentes diſtribuant ; ut uno legentium obtutu perceptibilia evadant . *pauſæ* demum, quia his mora quædam indicitur , quâ ſpiritus defatigati reficiuntur. Itaque

Si cupias formam, ſi nomina diſcere Pauſis
Debita, ſi numerũ : ſunt hæc ſua nomina. Comma
Semicolon , Colon , Ambitus . Hæc ſua forma . Recurva ,
Ac lævam ſpectans deſignat linea Comma .
Semicolon punctum ſubjecto Commate ; at ipſum
Demonſtrant duo puncta Colon , quo pendulus extat
Senſus : at integrum dederit cùm Clauſula , punctum
Ponas . Si qua tamen ſubdes connexa priori

Plenior ut ſenſus reddatur, parva ſequetur
Litera; ſin aliò tendet ſententia, major.

IX. Præterea ut dictarum Pauſarum propria quæque ſedes, facili percipi queat negotio; Periodos quaſdam ut exemplum ſubdam; prout ex probatis, atque accuratiſſimis typis Blavianis anni 1673, & Elzevirianis 1678. prodiere diſtinctæ. Prima erit ex Livii hiſt. lib. 36. pag. 369. *Non tulere qui in arce erant Ætoli primum eorum, qui rupem cæperat, clamorem, deinde impetum ab Urbe Romanorum; & fractis jam animis, & nulla ibi præparatâ re ad obſidionem diutius tolerandam: utpote congregatis feminis, puerisq; & imbelli alia turba in arcem, quæ vix capere, nedum tueri multitudinem tantam poſſet. itaque ad primum impetum abjectis armis dediderunt ſeſe.* Altera ex Ovid. Met. 2. v. 19. pag. 62.

Quo ſimul acclivo Clymneïa limite proles
Venit, & intravit dubitati tecta parentis;
Protinus ad patrios ſua fert veſtigia vultus:
Conſiſtitq; procul. neque enim propiora ferebat
Lumina. purpureâ velatus veſte ſedebat
In ſolio Phœbus claris lucente ſmaragdis.

E' Græcis pariter, quoniam & de illorum Interpunctione aliquis pro inſtituto habendus eſt ſermo; geminas adjiciam periodos, unam ex Iſocrat. Orat. ad Demon. edit. Pauli Stephani 1603. Homericam alteram ex 1. Odyſs. v. 1. Latinæ verſioni non donabo:

ſatis enim mihi diſtinctionũ loca monſtrâſſe. Ἡγοῦ τὴν παιδείαν τοσούτῳ μεῖζον ἀγαθὸν εἶναι τῆς ἀπαιδευσίας, ὅσῳ τὰ μὲν ἄλλα μοχθηρὰ πάντες κερδαίνοντες πράττουσιν. αὕτη δὲ μόνη καὶ προσεζημίωσε τοὺς ἔχοντας. πολλάκις γὰρ ἐν τοῖς λόγοις ἐλύπησαν, τούτῳ τοῖς ἔργοις τὴν τιμωρίαν ἔδωσαν. Quæ ſequuntur ſunt ex edit. Henrici Stephani ann. 1566.

Ἄνδρα μοι ἔννεπε μοῦσα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ
Πλαγχθη, ἐπεὶ τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.
Πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα; καὶ νόον ἔγνω.

Quando Commate utendum interpungendo ſit.

CAPUT III.

I. QUoniam mecum ipſe perpendi, ſummam hujus Partis utilitatem in eo futuram, ſi quæ jam tradideram, ac edideram de Poſiturarum collocatione præcepta non modò hîc reponerem, verùm & quoad

ejus

ejus fieri poſſet ampliarem, exemplisq; tam Græcis, quàm Latinis ditarem; vires omnes in hoc contuli, ut ex voto quod intendo eveniat, atq; ſtudioſi ut ait Alçuin. Poëm. 126.

Per cola diſtinguant proprios, & Commata verſus;

Et punctos ponant ordine quoſque ſuo.

Fatebor tamen, non ea omnia, quæ à me docenda erunt, ac proponenda, ita firma exiſtimanda, ut quandoque varietati ſubjecta eſſe non poſſint. Id ſiquidem eſt in hac parte Scriptorum diſcors judicium; ut unam, eandemq; Periodum ex tot vix reperias, qui eodem pacto diſtinguant. Velle enim ſuum cuique eſt. Nos doctiſſimorum virorum auctoritate, uſuque communiori freti hæc exhibemus: utque à minimâ diſtinctionum initium faciamus;

II. Comma variè varii deſcripſerunt. Aquila Romanus Mœcenatis libertus, & Martianus hoc modo: *Comma eſt pars orationis ex duobus aut pluribus verbis, nondum quidquam abſoluti ſignificans.* Fabius l. 9. c. 4. *Inciſum eſt ſenſus non expleto numero concluſus.* Diomedi eſt *Juncturæ finitio.* Cauſino lib. 7. cap. 7. *Eſt pars coli, ſive membri, uno, vel pluribus verbis conſtans.* Ex his conſtat Comma eſſe veluti particulam, ſeu cæſuram quandam membri, ſive articuli, quod ſenſum non complet; id quod ipſum nomen ſignificare videtur.

Digitized by Google

Quid enim aliud venit nomine Commatis, quàm orationis particula ſpiritu pronunciantis interrupta, & ſine aliis manca, utpote quæ nec ſenſum, nec numerum habet perfectum? Cognitâ nunc Commatis naturâ, facilè erit de illius collocatione certum quid præſcribere. Facillimum tamen hoc factu eſſet, ſi, ut quidam rati ſunt, inciſis præfinitum eſſet ſyllabarum, verborumq; numerus; tunc enim nullo negotio diſtinguere quilibet poſſet uno, ſimpliciq; generali præcepto, ſpectatâ ſcilicet tali orationis quantitate; cæteræq; obſervationes prorſus eſſent ſupervacaneæ, omneſq; Scriptores rei inelegantiæ extarent, cùm nullus hujuſmodi ſervârit anguſtias; nedum ipſi, qui legem certam terminumq; poſuere. Quis enim non videat, dari inciſa decem, duodecim, ac pluribus quandoque ſyllabis compacta? & tamen Godeſcalcus lib. de particulis in præf. ad Lectorem, Ludovicus Carbon lib. 2. de Elocut. cap. 5. aliique docent Commaton magnitudinem ſex, Colon decem, & octo ſyllabis circumſcribi. Meliùs itaque eos ſenſiſſe dicendum eſt, qui non à numero ſyllabarum, ſed à ſenſu, inciſa, & membra diſtinguenda eſſe adjudicarunt, quos inter Antonius Lullus. Porrò cùm leges quaſdam ſtatuendas eſſe oportere dignoſcamus; ſunto quæ ſequuntur.

III.

III. Comma, ſeù Virgula in ſcribendo locum habere videtur ſemper ante relativum, tam apud Græcos, quàm apud Latinos. Cic. Paradox. 4. *Nihil meum eſt neque cujuſquam, quod auferri, quod eripi, quod amitti poteſt*. Id. prò Planc. *Nemo eſt noſtrum liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magiſtri ſui, atque doctores, cui non locus ille mutus, ubi ipſe altus aut doctus eſt, cum gratâ recordatione in mente verſetur*. Horat. Epiſt. 1. ep. 12. v. 4.

> *Pauper enim non eſt, cui rerum ſuppetit*
> *uſus.*

Et eopſe lib. epiſt. 7. v. 20.

> *Prodigus & ſtultus donat, quæ ſpernit, &*
> *odit.*

Ariſt. 4. Ethic. c. 5. Φρονίμους οἰόμεθα εἶναι, οἱ τὰ αὐτοῖς ἀγαθὰ, καὶ τὰ τοῖς ἀνθρώποις δύνανται θεωρεῖν: *Prudentes cenſemus, qui ea, quæ ſibi, quæque hominibus conducunt, poſſunt diſpicere*. Heſiodus Oper. 1.

> Οὗτος μὲν πανάριστος, ὃς αὐτὸς πάν-
> τα νοήσει,
> Ἐσθλὸς δ' αὖ κἀκεῖνος, ὃς εὖ εἰπόντι
> πίθηται.

Interdum tamen ante relativum non ſcribitur virgula; ſed duo puncta, nimirum quando oratio quoad partes, quibus Grammaticè coaleſcit, abſoluta eſt; ſed adhuc com-

Digitized by Google

complementum expectat; ut vides in hoc Tullii pro M. Cælio. *Omittendæ enim ſunt omnes voluptates, relinquenda ſtudia delectationis, jocus, convivium, ſermo etiam pene omnium familiarum deſerendus: quæ res, in hoc genere homines à labore, ſtudioq; deterret.* Item ex hoc Lucani lib. 4. verſ. 445.

Nec mora. complentur moles, avideq; petitis
Inſula deſeritur ratibus: quo tempore primas
Impulit ad noctem jam lux extrema tenebras.

Quandoque etiam appingitur punctum, nempe cùm oratio quantum ad ſententiam completa eſt. Quando enim oratio incipitur per *quod attinet*, aut ſimile, utendum eſt novâ clauſulâ; quoniam ſententia præcedens completa fuerit. Quia verò ſæpius fit, ut ob ſermonis ornatum relativa primum clauſulæ, ſeu coli locum obtineant, quæ aliàs medietatem obtinuiſſent; tunc Comma ante ſecundum clauſulæ membrum locabitur. Exemplo res clarior fiat. *Virtutem ſequuntur hominum præſtantiſſimi, quæ ſola animi nobilitas eſt.* Si elegantiùs inversóq; ordine dixero: *Quæ ſola animi nobilitas eſt, virtutem ſequuntur hominum præſtantiſſimi*; tunc Comma poſt *eſt* ſignabitur, ultimam vocem membri ſecundæ clauſulæ.

IV. Ante Conjunctiones, *&*, *ac*, *atque*. Cic. Off. 1. *Quod in Catulo, & in Patre, & in filio, idemque & in Mucio Macino vidimus.* Et 1.

de

de Orat. *Virtus hominibus inſtituendo, & perſuadendo, non minis, & vi, ac metu traditur.* Seneca Troad.

- - - Regi frænis nequit,
Et ira, & ardens hoſtis, & victoria.

Horat. epiſtolarum lib. 1. ep. 18. verſ. 37.

Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius unquam,
Commiſſumq; teges & vino tortus, & irâ

Sanctus Baſilius Orat. ad Adoleſcentes. Καὶ ἡμῖν δὴ οὖν πάντα ποιητέον ἡμῖν, καὶ πονητέον εἰς δύναμιν. καὶ ἐπὶ τοῦτου παρασκευεὶν, καὶ ποιηταῖς, καὶ λογοποιοῖς, καὶ ῥήτορσι, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμιλιτέον, ὅθεν ἂν μέλλῃ πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ὠφέλειά τις ἔσεσθαι. *Ergo cum & nobis certamen propoſitum eſſe maximum putandum ſit, cujus causâ nobis conandum eſt, laboradumq; pro viribus; ad hujus certaminis preparationem, cum poëtis, hiſtoricis, oratoribus; cum omnibus deniqne eſt agendum, unde ad animum excolendum aliqua utilitas exiſtere poſſit.* Homerus Iliad β. v. 595.

Καὶ κυπαρισσήεντα, καὶ ἀμφιγένειαν
ἔναιον;
Καὶ πτελεὸν, καὶ ἕλος, καὶ δώριον &c.

Et Cypariſſeentem, & Amphigeniam habitabant,

Et

Digitized by Google

Et Pteleon, & Elos, & Dorion &c.

Nonnulli putant, ut M. Ludovicus Dolci lib. 3. Obſervationum, prætereundam eſſe Commatis diſtinctionem, quando eidem ſubſtantivo nomini, plura adiiciuntur, aut ſubſtantiva, aut verba. v. g. *Deliciæ, ſiquæ in hoc mundo, dulces & amaræ ſunt; noſtraq; hæc gaudia delectant ſimul, & cruciant.* ac etiam quando ab eopſe verbo plura nomina reguntur: ut in hoc Flacci epiſtolarum lib. 1. ep. 7. v. 46.

Strenuus, & fortis, cauſiſque Philippus agendis

Clarus &c. Et ep. 1. v. 69.

Liberum, & erectum præſens hortatur et optat.

Quem ſanè morem à viris eruditis frequentatum, culpare non auſerim.

V. Ponitur etiam virgula ante voces, Encliticis *que, ve, ne,* affectas in fine. Cic. 3. Offic. *Aſtutiæ tollendæ ſunt, eaq; malitia, quæ vult quidem videri ſe eſſe prudentiam; ſed abeſt ab eâ, diſtatq; plurimùm: nec ulla pernicies vitæ major inveniri poteſt, quàm cùm in malitiâ ineſt ſimulatio.* Idem Orat. *Poëta peccat, cùm probam orationem affingit improbo, ſtultóve ſapientis.* Livius lib. 37. *Quæro enim, pace per te factâ, redituróſve extemplo in Italiam ſis, claſſem, exercitumq; deducturus?* Horat. l. 1. epiſt. 18. v. 89.

Oderunt hilarem triſtes, triſtemq; jocoſi

Virg. 9. Æneid.

Si-

Digitized by Google

Siquis in adverſum rapiat caſúsve, Deúsve

Id. 11. Æneid.

Juſtitiamne priùs mirer, bellíne labores?

Xenophon. Υ'πηρέτυν, ἑκόντατε, ἢ εὐνοῦν &c. *miniſtrum, & volentem, & benevolum*. Homerus Iliad. γ.

Α'μφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής.

Utrumque, & rector bonus, & bonus imperator.

VI. Ponitur etiam Comma ante ſingulas voces ſine copulâ congeſtas; ſive nomina ſint, ſive verba. Cic. in Piſon. *Illi autem ſtatuam illius perſimilem, quam ſtare celeberrimo in loco voluerat, ne ſuaviſſimi hominis memoria moreretur, deturbant, effringunt, comminuunt, diſſipant*. Idem in Lælio. *Quæ videntur utilia, honores, divitiæ, voluptates, & cætera generis ejuſdem; hæc amicitiæ nunquam anteponenda ſunt*. Virg. Æneid. 4.

Ferte citi ferrum, date vela, impellite remos.

Juvenal.

Grammaticus, Rhetor, Geometra, Pictor, Aliptes.

Et Seneca Tyeſt.

— — — ubi non eſt pudor,
Nec cura juris, ſanctitas, pietas, fides;
Inſtabile regnum eſt.

Iſo-

Iſocrates Orat. ad Demonicum. Ἡγοῦ μάλιστα σεαυτῷ πρέπειν, κόσμον, αἰσχύνην, σωφροσύνην. τούτοις γὰρ ἅπασι δοκεῖ κρατεῖσθαι τὸ τῶν νεωτέρων ἦθος. *Exiſtima te maximè decere modeſtiam, verecundiam, juſtitiam, temperantiam. his enim virtutibus omnis adoleſcentiæ diſciplina continetur.* Antholog. lib. 1. c. 1. ep. 1. v. 3.

Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.
Jovis, Apollinis, Palæmonis, Archemori.

Neque eſt quod quemquam ab hoc receptiſſimo apud omnes uſu removeant verba Horatii Toſcanella in fine Inſtitut. Grammat. dicentis, adjectiva vel centena ſimul congeſta, virgulâ non eſſe diſtinguenda. Sanè hic auctor ſibi ipſi notam inurit; ut qui præcepta tradens, iis poſtmodum non utatur; ut luce clariùs apparet ex Quintiliani Operibus ab ipſo Italico idiomati donatis pag. 600. v. 1, 2, 3, 7, 15, 16: & pag. 602. v. 6. & 7. Imò eopſe libro, ubi præcipit adjectiva non diſtinguenda, diſtinxit; uti pag. 54. v. 10. Cavendum tamen eſt hîc, ut monet Aldus, ne virtus uſu nimio dilabatur in vitium: *Animadverti, inquit, ſi omnibus verbis varia ſignificantibus hæc apponatur nota* (Comma ſcilicet) *non modo non explicari ſententiam, ſed etiam impediri; ut, ſi velis, quot verba ſint totidem diſtin-*

ſtinguendi notas apponere ; quia non eadem verborum omnium ſignificatio videatur. Jndicio itaque opus eſt.

VII. Ante infinitum, cui præſit finitus modus. Cic. pro Milone: *Negant, intueri lucem eſſe fas ei.* Id. prò Mar. *Negant eſſe ejuſdem ſeveritatis Catilinam.* Terent. Adelph. 2. 3.

Scio, te non antehac uſum amicitiâ meâ.

Si infinitus initio clauſulæ poſitus ſit, Comma ante alteram ipſius partem ſignato. Ex.g. *Summa felicitas, omnia virtutibus poſthabere. Omnia virtutibus poſthabere, ſumma felicitas.* Lucianus. Φησὶ, εἶναι τούτους μάλιστα ἐπαίνου ἀξίους. *Dicit, eſſe iſtos maximè laude dignos.* Anacreon de ſeipſo.

--- τοῦτο δ' οἶδα,
τῷ γέροντι μᾶλλον
πρέπειν &c.

--- hoc quidem novi,
Senem magis
Decere &c.

VIII. Poſt ablativũ abſolutũ, imò & ante; Comma locatur. Seneca l. de vitâ beatâ c. 20. *Populo ſpectante fieri credam, quidquid, me conſcio, faciam.* Cæſar 1. B. C. *Neque verò id Cæſarem fugiebat, tanto ſub oculis accepto detrimento, perterritum exercitum ſuſtinere non poſſe.* Horat. lib. 1. Od. 2. v. 51.

Neu

Neu ſinas Medos equitare inultos ,
Te duce , Cæſar .

Ovid. Met. 9. v. 474.

Proiicit acceptas , lectâ ſibi parte , tabellas .

Demoſthenes pro Coronâ . Αὐτὸς δὲ, γενομένης ἐκκλησίας , &c. *Ipſe verò , convocatâ concione , &c.* Homer.

Οὔτις , ἐμεῦ ζῶντος , καὶ ἐπὶ χθονὶ
δερκομένοιο &c.

Nullus , me vivente , ſuperq; terram videnté .

IX. Particulæ *inquit , ait , ut reor , ut arbitror, puto,* & id genus ſimiles,inter duo Commata ſedem habent. Livius lib. 35. *Specioſo titulo , inquit, uti vos Græcarum Civitatum liberandarum video &c.* Juſtinus lib.6. c. 1. *Indignum , ait , bella non perfici , ſed redimi ; hoſtem pretio , non armis ſummoveri* . Cic. 1. de Div. *Atque hæc , ut ego arbitror , veteres rerum magìs eventis moniti , quàm ratione docti putaverunt , & probaverunt* . Ovid. Met. 8. v. 231.

At pater infelix , nec jam pater , Icare , dixit ,
Icare , dixit , ubi es ? &c.

Id. lib. 6. v. 610.

- - - - - Fletumque ſororis
Corripiens , non eſt lacrymis hîc , inquit , agendum , Sed ferro . Id. epiſt. 18. verſ. 64.

Fle-

Flecte, precor, vultus ad mea furta tuos.

Et epiſt. 21. v. 149.

Major es hac ipsâ multo, mihi crede, Dianâ.

S. Joan: Chryſoſt. orat. Nemo læditur &c. Ἐξήγαγε γὰρ, φησὶ, αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ: *Eduxit enim, inquit, illos cum argento, & auro.* Antholog. l. 1. cap. 5. ep. 1. v. 5.

Ἀλλότριον Σπάρτας, εἶπεν, γένος, ἔῤῥε
ποθ' ᾅδαν.

Alienum à Spartâ, dixit, genus, malè peri
ad orcum.

X. Vocandi caſus inter duo Commata mediat. Cic. pro Arch. *Si quid eſt in me ingenii, Judices, &c.* Idem prò Quint. *In hac re, te inquam, teſtem, Nevi, citabo.* Ovid. Metam. 5. v. 365.

Arma, manúſve meæ, mea, nate, potentia, dixit.

Idem lib. 7. v. 449.

Facta premant annos: pro te, fortiſſime, vota
Publica ſuſcipimus.

Iſocrat. ad Demonicum. Ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ Δημόνικε &c. *In multis quidem, ô Demonice, &c.* Anthol. c. 5. ep. 16. v. 1.

Μακιωῦ τείχη, Ζεῦ Ὄλυμπε, ῥέξε
Φίλιππος
Ἄμβατε &c.

Macyni muros, Jupiter Olympie, fecit Philippus Aſcendibiles.

XI. Ante conditionales particulas, *ſi, niſi, ni, modò, dummodo &c.* ſcribitur virgula. Cic. 2. contra Rull. *Et mihi, quæſo, ignoſcite, ſi appello talem virum &c.* Sveton. in Domit. c. 21. *Conditionem Principum miſerrimam! quibus de conjuratione compertâ non creditur, niſi occiſis.* Cic. 3. Offic. *Omnia honeſta negligunt, dummodo, potentiam conſequantur.*

Lucanus lib. 8.

Sceptrorum vis tota perit, ſi pendere juſta
Incipit.

Claudian. lib. 2. in Eutrop. v. 465.

- - - - - Metuendus ab omni
Targilibus regione tonat, modò tendere curſum
In Galatas, modò Bithynis incumbere fertur.

Idem 2. in Ruf. v. 17.

Quid reſtat, niſi cuncta novo confundere luctu &c.

Iſocrates ad Demon. Δίκαιοι, τῶν ἀδίκων, εἰ μηδὲν ἄλλο πλεονεκτοῦσιν, ἀλλ' οὖν ἐλπίσι γε σπουδαίαις ὑπερέχουσι. *Juſti, ſi nullâ re aliâ injuſtis præſtant, ſpe certè bonâ ſunt ſuperiores.* Anthol. l. 1. cap. 38. epig. 3. v. 5.

- - - - τί δὲ πλέον, εἰ τὸ φυλαχθὲν
Ὄλλυται, εἴτε λύκοις, εἴθ' ὑπὸ τοῦ
φύλακος; - - - *Quid*

> - - - - *Quid autem prodeſt, ſi quod ſervatur*
> *Periit, ſive à lupis, ſive à cuſtode?*

XII. Ante disjunctivas quoque, *vel*, *aut*, *ſive*, *ſeu*, & ante *nec*, ac *neque*, quæ utramque rem tollunt. Tacitus 3. hiſtor. *Cunctas nationes, & urbes, populus, aut princeps, aut ſinguli regant.* Cic. 1. ad Att. 17. *A curiâ autem nulla me res divellet, vel quod &c. vel quod &c.* Et 2. de leg. *Nam illo loco libenter uti ſoleo, ſive quid mecum ipſe cogito, ſive aliquid ſcribo, aut lego.* Et lib. 3. *Sine imperio, nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe Mundus, poteſt.* Horat. lib. 1. ep. 18. v. 39.

> *Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprendes.*

Claudian. lib. 1. Ruf. v. 18.

> - - - - *Quæ Numina ſenſu*
> *Ambiguo, vel nulla putat, vel neſcia noſtri.*

Id. l. 1. in Eutrop. v. 172.

> *Quod, nec vota pati, nec fingere ſomnia poſſent.*

Plato 8. de Legibus. Φοβούμενος γὰρ ὁ ἀρχόμενος, οὔτε καλὸν, οὔτε πλούσιος, οὔτε ἰσχυρὸν, οὔτ' ἀνδρεῖος, οὔτε τὸ παράπαν πολεμικὸν ἑκὼν ἐάσει γίγνεσθαι. *Nã Princeps ſubditos metuens, neque bonos eos, neque opulentos, neque fortes, aut animoſos, neque in univerſum*

bellicoſos fieri, volens quidem unquam patietur. Antholog. lib. 2. c. 90. 4. v. 4.

Μοχθοῦντες, ἢ τρυφῶντες, ὁ δ᾽ χρόνος τρέχει.

Laborantes, vel delitiantes, tempus currit.

XIII. Ante electivas particulas, *quam, ac, atque,* quibus oſtendimus præcedens membrum præferre ſubſequenti. Cic. 2. ad Att. 1. *Meliùs ſanare vitioſas partes, quàm ſecare.* Senec. 1. de Clementiâ. *Principi non minùs turpia multa dupplicia, ac medico funera.* Ovid.

Fortior eſt, qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit.

Horat. Satir. 2. 7. v. 19.

- - - - *quanto conſtantior ille*
In vitiis, tanto leviùs miſer, ac prior ille &c.

Iſocrat. ad Demon. Μᾶλλον εὐλαβοῦ ψόγον, ἢ κίνδυνον. *Magis cave reprehenſionem, quàm periculum.* Euripides in Phœniſs.

Ἀσφαλὴς μὲν ἐστ᾽ ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

Melior eſt dux circumſpectus, quàm projectè audaculus.

XIV. Ante cauſales *quòd, quia* &c. Cic. 1. de finib. *Nemo dolorem ipſum, quia dolor ſit, amat.* Et 2. de Divin. *Cato ſe mirari dicebat, quòd non rideret aruſpex, aruſpicem cùm vidiſſet.* Plautus Merc. 5. 3.

Voluptas eſt malorum eſca, quòd eâ non minùs homines, *Quàm*

Quàm hamo capiantur piſces. Ovid.

Multa miſer timeo, quia feci multa protervè.

S. Matth. cap. 10. 6. Πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε, ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. *Euntes prædicate dicentes, quia appropinquavit Regnum Cælorum*. Antholog. libr. 1. cap. 13. verſ. 1.

Θρήϊκας αἰνείτω τις, ὅτι στοναχεῦσι μὲν υἷας &c.

Thraces laudet aliquis, quòd lugent natos &c.

XV. Ante particulas dubitativas. Cic. 4. Acad. *At quis eſt hic, num Sophiſtes?* Id. de Orat. *Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus; frequentes, an pauci, an ſinguli &c.* Horatius lib. 1. epiſt. 14. v. 4.

Certemus, ſpinas animóne ego fortiùs, an tu

Evellas agro, & melior ſit Horatius, an res.

Claud. in Nupt. Honor. & Mariæ v. 140.

Heus, inquit ſpeculatus amor, num veſtra ſub imis

Furta tegi potuere vadis?

Plutarch. in Apopht. Τίς ὢν μέγα φρονεῖς; πότερον ἱππεύς, ἢ τοξότης, ἢ πελταστής, ἢ πεζός; *Quis tu qui tantos ſpiritus tibi ſumis; utrùm eques, an ſagittarius, an veles, an legionarius?* Anthol. lib. 1. cap. 5. 21. v. 1.

Ὀθρυάδην Σπάρτης τὸ μέγα κλέος, ἢ Κυναίγειρον.

 Othria-

Othriadem Spartæ magnum decus , an Cynegirum .

XVI. Denique ne multa congeramus ; quando membrum clauſulæ conſtet particulis ſibi invicem correſpondentibus , Comma ſemper ante poſteriorem particulam locum tenebit . ex. g. Cic. pro Dom. *Ibi enim poſtis eſt, ubi aditus templi eſt .* Et ad Heren. 1. *Sed uſque eò, quò opus erit perſequemur.* Id. 1. Att. 14. *Nec tantùm proficiebam , quantùm volebam .* Et 4. Catil. *Nam ita mihi ſalvâ Republicâ vobiſcum perfrui liceat , ut ego &c.* Horat. epiſt. lib. 2. 1. v. 169.

- - - Sed habet Comœdia tantò
Plus oneris , quantò veniæ minus .

Id. epiſt. 2. v. 40.

Ibit eò, quò vis, qui zonam perdidit, inquit .

Terent. Hecyr. 3. 3.

Ut res dant ſeſe , ita magni atque humiles ſumus .

Thucyd. lib. 1. Μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίσητε τὴν γῆν τ̃ πολεμίων , ἢ ὅμηρον ἔχειν . καὶ οὐχ ἧττον ὅσῳ ἄμεινον ἐξείργασται. *Nec enim aliud terram hoſtium cenſete, quàm velut obſidem ; idq; eò magis, quo illa cultior .* Anth. cap. 52. ep. 9.

- - - ὅταν δ' Ἀχέροντα περήσῃς ,
Κεῖθι τὸ νημερτὲς γνώσεαι ὡς ὁ Πλάτων .
- - - ubi verò Acheronta tranſibis ,

Ibi veritatem cognoſces, ut Plato.

XVII. Poſtremò, quidam locant Virgulam in ſequentibus, quæ mox recenſeo, locis. Primùm in eâ orationis parte, quâ velut cauſam reddimus, quare aliquid actum ſit. Exemplo ſit hoc Cic. 1. Tuſc. *Honos alit artes; omneſq; incenduntur ad ſtudia, gloriâ.* τὸ *gloria* cauſa eſt cur omnes incendantur ad ſtudia. Secundò, dicunt, quando unum ſubſtantivum, alio magis exprimitur v. g. Terent. 3. 3. *Amantium iræ, amoris integratio eſt* Sed hoc cum præcedenti capite coincidit, meo videri. Tertiò ante Participia, atque Gerundia: ut ex hoc Senecæ monſtratur:

Quidquid in altum
Fortuna tulit, ruitura levat.

Quartò, quia ſæpè fit ut hæ voces, *Quoque, Namque, Nam, Verò, Quidem, Equidem*, & his ſimiles in compoſitione ponantur, ubi meliorem efficiunt ſonum, non verò in proprio, quem naturâ ſuâ exigerent, loco; hinc eſt quod Comma ponatur, præeatque vocabulis iis dicta voces poſthabentibus. v. g. *Ex multis hominbus, pauciſſimi virtuti dant operam, permulti verò divitiis, atque voluptati.* Vides quod adverbium *verò* exigeret locum poſt *operam*. Quintò, ut ſentit Horatius Lombardellius, virgula quoque apponitur ante locum, ex quo deſumitur ſententia auctoris exponenda, monſtratq; hoc exemplo: *Eſt*

Digitized by Google

Deus ubique rogandus, ne à teneris animus inficiatur, ut *Lyricus inquit*, *Epiſtolarum primo*, *ad Lollium*

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit olorem
Teſta diu.

Virgula præit *Epiſtolarum primo*; is enim locus eſt, in quo Flaccus prę̨fatam ſententiam habet. Adverto tamen, hoc Comma facilè negligi poſſe, ac debere, ſi non per extenſum locum citemus, ſed Arabicis tantum numeris: quem morem ſequi viros doctos obſervavi. Sextò Orationis parti cuilibet præcedere aſſolet Comma, quæ pars tempus aut declinabile, aut indeclinabile importet. v.g. *Nolite judicare, quoadusque veniat Dominus. Veniet namque tempus, quo villicationis rationem reddere cogemur*. Quoniam verò fieri poteſt, ut tempus non medietatem, ſed clauſulæ initium obtineat; tunc ſuſpenſivum punctum poſt primum membrum locabimus. exempl. g. *Neminem dicas, eſſe felicem, quandiu vivit*. *Quandiu vivit, neminem dicas eſſe felicem*. Ultimò eſt & alius Commatis uſus, ut notat Voſſius Grammaticæ contractæ pag. 104. Ut cùm ad tollendam ambiguitatem ſejungit duas voces. Quemadmodum in illo Cic. 2. Off. *Summâ quidem auctoritate Philoſophi, ſevere ſanè, atque honeſtè, hæc tria genera confuſa, cogitatione diſtinguunt*. Ubi Comma ponitur poſt *confuſa*, ne conjungendum

dum putetur cum *cogitatione*, quod proximè ſequitur.

Et hæ quidem, quæ citra exceptionem, tradi poſſe videntur de Commatis collocatione, Regulæ. Plura tamen docebit uſus, quæ ſingillatim recolere hîc difficillimum foret. Cæterum ſcias, Virgulam, quòd minima omnium diſtinctionum ſit, abeſſe quandoque poſſe, ſalvâ ſententiâ.

Quando utendum Semicolo, & Colo.

CAPUT IV.

I. SEmicolon locum habet ſemper, ac contraria nomina diſtinguimus. Aldus, ac Voſſius exempli ergô adducunt: *Publica, privata; ſacra, profana; tua, aliena.* Quo in exemplo, inquit Aldus, ſatis conſtat neque unicum ſufficere ſemicirculum; & eâ notâ, quæ gemino puncto deſcribitur ſic: nimiùm ſententiam retardari. Martialis. lib. 12. ep. 47.

Difficilis, facilis; jucundus, acerbus es idem:

Ovid. de Art. 1. v. 124.

Hæc queritur; ſtupet hæc, hæc movet; illa fugit.

II. Similitudinis, aut comparationis medietatem intercedit, ſi breves fuerint; alioquin diſtinctionem paulò majorem apponere

Digitized by Google

Neu ſinas Medos equitare inultos ,
Te duce , Cæſar .

Ovid. Met. 9. v. 474.

Proiicit acceptas , lectâ ſibi parte , tabellas .

Demoſthenes pro Coronâ . Ἀυτὸς δὲ , γενομένης ἐκκλησίας , &c. *Ipſe verò , convocatâ concione ,* &c. Homer.

Οὔτις , ἐμεῦ ζῶντος , καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο &c.

Nullus , me vivente , ſuperq; terram vidente .

IX. Particulæ *inquit , ait , ut reor , ut arbitror, puto,* & id genus ſimiles,inter duo Commata ſedem habent. Livius lib. 35. *Specioſo titulo , inquit, uti vos Græcarum Civitatum liberandarum video &c.* Juſtinus lib.6. c. 1. *Indignum , ait , bella non perfici , ſed redimi ; hoſtem pretio , non armis ſummoveri .* Cic. 1. de Div. *Atque hæc , ut ego arbitror , veteres rerum magis eventis moniti , quàm ratione docti putaverunt , & probaverunt .* Ovid. Met. 8. v. 231.

At pater infelix , nec jam pater , Icare , dixit ,
Icare , dixit , ubi es? &c.

Id. lib. 6. v. 610.

- - - - - Fletumque ſororis
Corripiens , non eſt lacrymis hîc , inquit , agendum , Sed ferro . Id. epiſt. 18. verſ. 64.

Fle-

Flecte, precor, vultus ad mea furta tuos.

Et epiſt. 21. v.149.

Major es hac ipsâ multo, mihi crede, Dianâ.

S. Joan: Chryſoſt. orat. Nemo læditur &c. Ἐξήγαγε γὰρ, φησὶ, αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ, καὶ χρυσίῳ: *Eduxit enim, inquit, illos cum argento, & auro.* Antholog. l. 1. cap.5. ep.1. v.5.

Ἀλλότριον Σπάρτας, εἶπεν, γένος, ἔρρε ποθ' ᾅδαν.

Alienum à Spartâ, dixit, genus, malè peri ad orcum.

X. Vocandi caſus inter duo Commata mediat. Cic. pro Arch. *Si quid eſt in me ingenii, Judices, &c.* Idem prò Quint. *In hac re, te inquam, teſtem, Nevi, citabo.* Ovid. Metam. 5. v. 365.

Arma, manúſve meæ, mea, nate, potentia, dixit.

Idem lib.7. v.449.

Facta premant annos: pro te, fortiſſime, vota
Publica ſuſcipimus.

Iſocrat. ad Demonicum. Ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ Δημόνικε &c. *In multis quidem, ô Demonice, &c.* Anthol. c.5. ep.16. v.1.

Μακεδόνος τείχη, Ζεῦ Ὄλυμπε, ῥέξε Φίλιππος
Ἄμβατα &c.

- - - - . Quid autem prodeſt , ſi quod ſervatur
Periit , ſive à lupis , ſive à cuſtode ?

XII. Ante diſjunctivas quoque, *vel*, *aut*, *ſive*, *ſeu*, & ante *nec*, ac *neque*, quæ utramque rem tollunt. Tacitus 3. hiſtor. *Cunctas nationes , & urbes , populus , aut princeps , aut ſinguli regant .* Cic. 1. ad Att. 17. *A curiâ autem nulla me res divellet , vel quod &c. vel quod &c.* Et 2. de leg. *Nam illo loco libenter uti ſoleo , ſive quid mecum ipſe cogito , ſive aliquid ſcribo , aut lego .* Et lib. 3. *Sine imperio, nec domus ulla , nec civitas , nec gens , nec hominum univerſum genus ſtare , nec rerum natura omnis , nec ipſe Mundus , poteſt .* Horat. lib. 1. ep. 18. v. 39.

Nec tua laudabis ſtudia , aut aliena reprendes .

Claudian. lib. 1. Ruf. v. 18.

- - - - Quæ Numina ſenſu
Ambiguo , vel nulla putat , vel neſcia noſtri .

Id. l. 1. in Eutrop. v. 172.

Quod , nec vota pati , nec fingere ſomnia poſſent .

Plato 8. de Legibus. Φοβούμενος γάρ ὁ ἀρχόμενος , οὔτε καλὸν , οὔτε πλούσιος , οὔτε ἰσχυρὸν , οὔτ' ἀνδρεῖος , οὔτε τὸ παράπαν πολέμικον ἑκὼν ἐάσει γίγνεσθαι. *Nā Princeps ſubditos metuens , neque bonos eos , neque opulentos , neque fortes , aut animoſos , neque in univerſum*

 bel-

Digitized by Google

bellicoſos fieri, volens quidem unquam patietur. Antholog. lib. 2. c. 90. 4. v. 4.

Μοχθοῦντες, ἢ τρυφῶντες, ὁ δὲ χρόνος τρέχει.

Laborantes, vel delitiantes, tempus currit.

XIII. Ante electivas particulas, *quam, ac, atque*, quibus oſtendimus præcedens membrum præferre ſubſequenti. Cic. 2. ad Att. 1. *Melius ſanare vitioſas partes, quàm ſecare.* Senec. 1. de Clementiâ. *Principi non minùs turpia multa dupplicia, ac medico funera.* Ovid.

Fortior eſt, qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit.

Horat. Satir. 2. 7. v. 19.

- - - - quanto conſtantior ille
In vitiis, tanto leviùs miſer, ac prior ille &c.

Iſocrat. ad Demon. Μᾶλλον εὐλαβοῦ ψόγον, ἢ κίνδυνον. *Magis cave reprehenſionem, quàm periculum.* Euripides in Phœniſs.

Ἀσφαλὴς μὲν ἐστ' ἀμείνων, ἢ θρασὺς στρατηλάτης.

Melior eſt dux circumſpectus, quàm projectè audaculus.

XIV. Ante cauſales *quòd, quia* &c. Cic. 1. de finib. *Nemo dolorem ipſum, quia dolor ſit, amat.* Et 2. de Divin. *Cato ſe mirari dicebat, quòd non rideret aruſpex, aruſpicem cùm vidiſſet.* Plautus Merc. 5. 3.

Voluptas eſt malorum eſca, quòd eâ non minùs homines,

Quàm

Quàm hamo capiantur piſces. Ovid.

Multa miſer timeo, quia feci multa protervè.

S. Matth. cap. 10. 6. Πορευόμενοι δὲ κηρύσσετε, ὅτι ἤγγικεν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. *Euntes prædicate dicentes, quia appropinquavit Regnum Cælorum*. Antholog. libr. 1. cap. 13. verſ. 1.

Θρήϊκας αἰνείτω τις, ὅτι στοναχεῦσι μὲν υἷας &c.

Thraces laudet aliquis, quòd lugent natos &c.

XV. Ante particulas dubitativas. Cic. 4. Acad. *At quis eſt hic, num Sophiſtes?* Id. de Orat. *Refert etiam qui audiant, Senatus, an populus; frequentes, an pauci, an ſinguli &c.* Horatius lib. 1. epiſt. 14. v. 4.

Certemus, ſpinas animóne ego fortiùs, an tu
Evellas agro, & melior ſit Horatius, an res.

Claud. in Nupt. Honor. & Mariæ v. 140.

Heus, inquit ſpeculatus amor, num veſtra ſub imis
Furta tegi potuere vadis?

Plutarch. in Apopht. Τίς ὢν μέγα φρονεῖς; πότερον ἱππεὺς, ἢ τοξότης, ἢ πελταστὴς, ἢ πεζός; *Quis tu qui tantos ſpiritus tibi ſumis; utrùm eques, an ſagittarius, an veles, an legionarius?* Anthol. lib. 1. cap. 5. 21. v. 1.

Ὀθρυάδην Σπάρτης τὸ μέγα κλέος, ἢ Κυναίγειρον.

Othriadem Spartæ magnum decus, an Cynegirum.

XVI. Denique ne multa congeramus; quando membrum clauſulæ conſtet particulis ſibi invicem correſpondentibus, Comma ſemper ante poſteriorem particulam locum tenebit. ex. g. Cic. pro Dom. *Ibi enim poſtis eſt, ubi aditus templi eſt.* Et ad Heren. 1. *Sed uſque eò, quò opus erit perſequemur.* Id. 1. Att. 14. *Nec tantùm proficiebam, quantùm volebam.* Et 4. Catil. *Nam ita mihi ſalvâ Republicâ vobiſcum perfrui liceat, ut ego &c.* Horat. epiſt. lib. 2. 1. v. 169.

- - - Sed habet Comœdia tantò
Plus oneris, quantò veniæ minus.

Id. epiſt. 2. v. 40.

Ibit eò, quò vis, qui zonam perdidit, inquit.

Terent. Hecyr. 3. 3.

Vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus.

Thucyd. lib. 1. Μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίσητε τὴν γῆν τῶν πολεμίων, ἢ ὅμηρον ἔχειν. καὶ οὐχ ἧσσον ὅσῳ ἄμεινον ἐξείργασται. *Nec enim aliud terram hoſtium cenſete, quàm velut obſidem; idque eò magis, quo illa cultior.* Anth. cap. 52. ep. 9.

- - - ὅταν δ᾽ Ἀχέροντα περήσῃς,
Κεῖθι τὸ νημερτὲς γνώσεαι ὡς ὁ Πλάτων.

- - - - ubi verò Acheronta tranſibis,

Ibi

Ibi veritatem cognoſces, ut Plato.

XVII. Poſtremò, quidam locant Virgulam in ſequentibus, quæ mox recenſeo, locis. Primùm in eâ orationis parte, quâ velut cauſam reddimus, quare aliquid actum ſit. Exemplo ſit hoc Cic. 1. Tuſc. *Honos alit artes; omneſq; incenduntur ad ſtudia, gloriâ.* τὸ *gloria* cauſa eſt cur omnes incendantur ad ſtudia. Secundò, dicunt, quando unum ſubſtantivum, alio magis exprimitur v.g. Terent. 3.3. *Amantium iræ, amoris integratio eſt* Sed hoc cum præcedenti capite coincidit, meo videri. Tertiò ante Participia, atque Gerundia: ut ex hoc Senecæ monſtratur:

Quid quid in altum
Fortuna tulit, ruitura levat.

Quartò, quia ſæpè fit ut hæ voces, *Quoque, Namque, Nam, Verò, Quidem, Equidem*, & his ſimiles incompoſitione ponantur, ubi meliorem efficiunt ſonum, non verò in proprio, quem naturâ ſuâ exigerent, loco; hinc eſt quod Comma ponatur, præcatque vocabulis jis dictas voces poſthabentibus. v. g. *Ex multis hominibus, pauciſſimi virtuti dant operam, permulti verò divitiis, atque voluptati.* Vides quod adverbium *verò* exigeret locum poſt *operam*. Quintò, ut ſentit Horatius Lombardellius, virgula quoque apponitur ante locum, ex quo deſumitur ſententia auctoris exponenda, monſtratq; hoc exemplo: *Eſt*

Digitized by Google

Deus ubique rogandus, ne à teneris animus inficiatur, ut Lyricus inquit, Epiſtolarum primo, ad Lollium

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit olorem
Teſta diu.

Virgula præit *Epiſtolarum primo*; is enim locus eſt, in quo Flaccus prẹfatam ſententiam habet. Adverto tamen, hoc Comma facilè negligi poſſe, ac debere, ſi non per extenſum locum citemus, ſed Arabicis tantum numeris: quem morem ſequi viros doctos obſervavi. Sextò Orationis parti cuilibet præcedere aſſolet Comma, quæ pars tempus aut declinabile, aut indeclinabile importet. v.g. *Nolite judicare, quoaduſque veniat Dominus. Veniet namque tempus, quo villicationis rationem reddere cogemur.* Quoniam verò fieri poteſt, ut tempus non medietatem, ſed clauſulæ initium obtineat; tunc ſuſpenſivum punctum poſt primum membrum locabimus. exempl. g. *Neminem dicas, eſſe felicem, quandiu vivit. Quandiu vivit, neminem dicas eſſe felicem.* Ultimò eſt & alius Commatis uſus, ut notat Voſſius Grammaticæ contractæ pag. 104. Ut cùm ad tollendam ambiguitatem ſejungit duas voces. Quemadmodum in illo Cic. 2. Off. *Summâ quidem auctoritate Philoſophi, ſevere ſanè, atque honeſtè, hæc tria genera confuſa, cogitatione diſtinguunt.* Ubi Comma ponitur poſt *confuſa*, ne conjungendum

dum putetur cum *cogitatione*, quod proximè ſequitur.

Et hæ quidem, quæ citra exceptionem, tradi poſſe videntur de Commatis collocatione, Regulæ. Plura tamen docebit uſus, quæ ſingillatim recolere hîc difficillimum foret. Cæterum ſcias, Virgulam, quòd minima omnium diſtinctionum ſit, abeſſe quandoque poſſe, ſalvâ ſententiâ.

Quando utendum Semicolo, & Colo.

CAPUT IV.

I. SEmicolon locum habet ſemper, ac contraria nomina diſtinguimus. Aldus, ac Voſſius exempli ergô adducunt: *Publica, privata; ſacra, profana; tua, aliena*. Quo in exemplo, inquit Aldus, ſatis conſtat neque unicum ſufficere ſemicirculum; & eâ notâ, quæ gemino puncto deſcribitur ſic: nimiùm ſententiam retardari. Martialis. lib. 12. ep. 47.

Difficilis, facilis; jucundus, acerbus es idem:

Ovid. de Art. 1. v. 124.

Hæc queritur; ſtupet hæc, hæc movet; illa fugit.

II. Similitudinis, aut comparationis medietatem intercedit, ſi breves fuerint; alioquin diſtinctionem paulò majorem appone-

re

re opus erit, coli ſcilicet. Cic. 2. Philipp. *Ut quidam morbo aliquo affecti ſuavitatem cibi non ſentiunt; ſic facinoroſi homines, veræ laudis guſtum non habent*. Et 3. Tuſcul. *Ut membrum turgidum, ac tumidum vitiosè ſe habet; ita inflatus animus, & tumens in vitio eſt*. Horat. de Arte v. 60.

Ut Silvæ foliis pronos mutantur in annos,
Prima cadunt; ita verborum vetus interit ætas.

III. Quando per Apoſiopeſin figuram, ſeu interruptionem ſermonem abrumpimus ſententiæ partem ſupprimendo. ita cenſet vir eruditus Horatius Lombardellius. Cic. 4. ad Heren. *Tu iſtud nunc audes dicere, qui nuper alienæ domui; non auſim dicere, ne cum te digna dixero, me indignum quidpiam dixiſſe videar.* Virg. Eclog. 3. v.8.

Novimus, & qui te, tranſverſa tuentibus hircis,
Et quo; ſed faciles nimphæ riſere, ſacello.

Et Æneid. 1. *Quos ego; ſed motos præſtat componere fluctus.*

IV. Reſponſum quandoque ſi occurrat alicujus ſemicolo diſtinguetur. Cic. 5. Tuſc. *Socratem ferunt, cum uſque ad veſperam contentiùs ambularet, quæſitumque eſſet ex eo quare id faceret; reſpondiſſe, ſe, quo meliùs cænaret, obſonare ambulando famem.*

V. Ante adverbia *tamen, attamen, nihilominus,*

minus, certè, profectò, & alia id genus. Cic. 1. de Orat. *Sunt quidam, aut ita linguâ hæſitantes, aut ita voce abſoni, aut ita vultu, motúq; corporis, vaſti, atque agreſtes, ut etiamſi ingeniis, atque arte valeant; tamen in doctorum numerum venire non poſſunt.* Id. ad Att. 14. 20. *Etſi contentus eram, mi Dolabella, tuâ gloriâ, ſatiſq; ex eâ magnam lætitiam, voluptatemq; capiebam; nihilominus non poſſum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quod vulgo hominum opinio ſocium me adſcribat tuis laudibus.* Ovid. Metamorphoſ. lib. 1.

Si qua Domus manſit, potuitq; reſiſtere tanto
Indejecta malo; culmen tamen altior hujus
Unda tegit, preſſæque labant ſub gurgite turres.

VI. Ante diminutionis particulas quandoque ſedem habere ſolet ſemicolon; præcipuè ſi citata oratio ſit. Cic. contra Rull. *Qui provocati à me venire noluerunt; provocati ſaltem revertentur.* Horat. Satyr. 1. 6. v. 42.

- - - *At hîc, ſi plauſtra ducenta*
Concurrántq; foro tria funera, magna ſonabit,
Cornua quod vincántq; tubas; ſaltem tenet hoc nos.

Similiter ante Continuativas conjunctiones *quandoquidem, deindè &c.* Ita cenſet Lombardellius pag. 97. affertque exemplum. *Virtutibus inniti ſemper, & ubique debemus; quandoquidem illæ tutus periclitantium portus meritò habean-*

Digitized by Google

beantur. Præterea cùm Commati proximè ſubſequatur hæc diſtinctio, multa ex iis, quę commate donanda diximus poterunt quandoque ſemicolo notari; prout majus, aut minus; longius, breviúſve erit præcedens clauſulæ membrum. Unde meritò Aldus, iſtam, de quâ nunc agimus, notam, omniũ eſſe difficillimam, protulit. Ultimò notandum quoque ſupereſt cum eopſe Aldo, interdum etiam ſemicolon habere locum, ubi non contraria nomina ſunt, ſed ſententia ita variatur verbis, ut, ſi ſemicirculum apponas parum ſit; ſi gemina puncta, nimium: ut patet in hoc exemplo: *Ratio docet, ſi adverſa fortuna ſit, nimium dolendum non eſſe; ſi ſecunda, moderatè lætandum*. Nam ſi poſt illud *non eſſe* addas ſemicirculum, quaſi præcipiti curſu ſententia feretur: quæ tamen, cùm bipartita ſit, poſt priorem partem omninò debet parumper conſiſtere; ſi verò bina puncta in eo loco velis adjungere, tantam ſeparationem ſententia non feret: cujus poſterior pars à priore pendet; quandoquidem verbum *docet* utramque ſententiæ partem æquè regit. Simile hoc eſt: *Tu, quid divitiæ valeant libenter ſpectas; quid virtus, non item*. Præfatis de ſemicoli collocatione capitibus, Græca exempla ideo non adjecimus, quia ipſi cùm tali notâ, ut diximus, careant, ſimplici commate ſupplent. Sed & aliquid de Colo quid præſcribamus. VII.

Digitized by Google

VII. Colon itaque, ſeu membrum multipliciter definitum ſcias à Scriptoribus. Plurimi in hoc conveniunt, quod nempè ſit *portio orationis verbis abſoluta, ſenſum aliquem exhibens*. Scaligero Poët. lib. 4. cap. 25. *Eſt pars Periodi ſuo verbo fulta*. Ab Auctore ad Heren. 4. 26. *appellatur res breviter abſoluta, ſine totius ſententiæ demonſtratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur*. Sed, inquam, extremum membrum adeone ab alio excipitur? Nequaquam. Ex dictis definitionibus, aliiſque, quæ ex Hermogene, Demetrio, Ariſtotele afferre potuiſſem, colligitur, cola conſtare inciſis, cùm ſint quædam majores periodi partes: ac præterea, quod de commatibus ſuperiùs aſſeruimus certis ſyllabis temporibúſve circumſcribi neutiquam poſſe.

VIII. Debemus autem Coli notam, duo puncta ſcilicet, ſignare ſemper ac deficere vim clauſulæ conſpiciemus, finemque & verba, & ſenſum proximè ſentire. Exempli loco ſint quæ ſequuntur. Cicer. 1. off. *Blanditia, cùm vitioſa ſit, ac turpis in cætera vitia; tamen in petitione magiſtratûs eſt neceſſaria: benevolentiam tamen civium, blandiciis, & aſſentationibus colligere turpe eſt*. Id. 1. Verr. *Unum illud intelligo, quod Prætor Romanus in rejectione judicavit, eâ ſpe iſtum fuiſſe præditum, ut omnem rationem ſalutis in pecuniâ poneret: hoc*

erep-

Digitized by Google

erepto præſidio, ut nullam ſibi rem adiumento fore arbitraretur. Ovid. de Arte 3. v.59.

Venturæ memores jam nunc eſtote ſenectæ :
Sic nullum vobis tempus abibit iners.

Id. lib.2. verſ.343.

Naſcitur exiguus, ſed opes acquirit eundo :
Quáque venit, multas accipit amnis aquas.

Iſocrates Suaſor. 1. Α'εἰ μὲν οὖν οἵ θ' ἡμέτεροι πρόγονοι καὶ Λακεδαιμόνιοι φιλοτίμως πρὸς ἀλλήλους εἶχον. οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ περὶ καλλίστων ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἐφιλονείκησαν, οὐκ ἐχθροὺς, ἀλλ' ἀνταγωνιστὰς σφὰς αὐτοὺς εἶναι νομίζοντες. *Ac inter majores quidem noſtros, ac Lacedæmonios, ſemper æmulatio quædam, honoriſq; contentio fuit : de rebus autem certè pulcherrimis, temporibus illis concertârunt, non ut hoſtes, ſed ut æmuli ejuſdem gloriæ.*

Antholog. l.1. c.35. 6.

Πρᾶγμα μὲν ἐσθ' ὁ φίλος πάνυ δύσκολον· εἰσὶ δὲ πολλοὶ
Καὶ σχεδὸν οἱ πάντες, μέχρι προσηγορίας.

Res quidem eſt amicus valde difficilis : Sunt verò multi,
Et prope omnes uſque ad linguam tantùm.

IX. Cùm oratio velut in membra diviſa ſegniter admodum effluet, tunc cuique mem-

membrorum præponemus Colon. Hunc canona tradit Horatius Lombardellius de Commate (ſic enim vocat geminum punctum) pag. 109. Quare & illius exemplo uti, quo eum ratum facit, non dedignemur: *Si, quid ſit mulier, quæras; dicet Poëta Tragicus, dux malorum, ſcelerum artifex: docebit Ariſtoteles, invidiæ, & litium amatrix, malitiæ vas, inconſideratus intellectus, animal conſiliis ineptum: diſſeret Chryſoſtomus, amicitiæ inimica, inevitabilis pœna, neceſſarium malum, naturalis tentatio, domeſticum periculum, dealbatum ſepulchrum, diſcordiarum cauſa, expulſio Paradiſi: addiderit antiquus Philoſophus, viri confuſio, inſatiabilis aſpis, continua ſollicitudo, indeficiens pugna, quotidianum damnum, domûs tempeſtas, ſolitudinis impedimentnm, viri continentis naufragium, periculoſum prælium, animal peſſimum, pondus graviſſimum, inimicitiæ amica, peccati caput.* Ovid. Metam. 2. v. 775. Invidiam ſic affabrè depingit.

Pallor in ore ſedet: macies in corpore toto:
Nuſquá recta acies: livent rubigine dentes:
Pectora felle virent: lingua eſt ſuffuſa veneno:
Riſus abeſt, niſi quem viſi movêre dolores.
Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis:
Sed videt ingratos, ingraveſcitq; videndo
Succeſſus hominum: carpitq; & carpitur una:
Suppliciumque ſuum eſt.

Pro Græco exemplo ſit hoc itidem de muliere Nicolai à Nomine Mariæ ex noſtris

ja-

eruditiſſ. viri, mihiq; chariſſimi. Τί ἐστι γυνὴ ἐρωτᾷς; Συνεστιώμενον θηρίον, συγκοιμωμένη λέαινα: φησὶ δὲ Σέκουνδος ὁ Σοφὸς, Συντηρουμένη δράκαινα, ἱματισμένη ἔχιδνα, ἀνθαίρετος μάχη, πολυτελὴς πόλεμος: ἀποκρίνεται Δεμόφιλος, ζῶον πονηρὸν, κακουργίας θύελλα, ὑποψίας θάλασσα, ἠκονημένον στόμα, ὕδρα πολυκέφαλος, ἄμαχον τέρας, βίου σκεδασμὸς, πυρίπτονος χίμαιρα μὴ νικωμένη, ἀφ' ἑστίας πῦρ, κατακλυσμὸς οἰκίας. *Quæris quid ſit mulier? fera contubernalis, leæna lecti ſocia: dicet ſecundus Philoſophus, dracæna cuſtodita, vipera veſtita, pugna voluntaria, bellum ſumptuoſum: reſpondet Demophilus, animal malitioſum, improbitatis procella, ſuſpicionum pelagus, os exacutum, hydra multiceps, invincibile monſtrum, vitæ exitium, Ignivoma Chimæra inſuperabilis, incendium domeſticum, diluvium domûs*. Exemplum Poëticum pete ex Anthol. lib. 1. cap. 26. epiſt. 9. quod non vacat hîc adſcribere.

X. Similitudinum, & comparationum medietatem obtinet Colon, præcipuè ſi longiores extiterint, ac prior pars pluribus conſtet inciſis, aut membris; ut ex hoc Tullii 1. Offic. videre eſt: *Ut in corporibus magnæ diſſimi-*

militudines ſunt; alios enim videmus velocitate ad curſum, alios viribus ad luctandum valere; itemque in formis aliis dignitatem ineſſe, aliis venuſtatem: ſic in animis exiſtunt etiam majores varietates. Id. de Senect. *Adoleſcentes ſic mori videntur, ut, cùm aquæ multitudine vis flammæ opprimitur; & quaſi poma ex arboribus, ſi cruda ſint vi avelluntur, ſi matura & cocta decidunt: ſic vitam adoleſcentibus vis aufert, ſenibus maturitas.* Claudian. de 6. Conſ. Honorii v. 18.

Namque velut Stellas Babylonia cura ſalubres
Optima tunc ſpondet mortalibus edere fata,
Cœlicolæ cùm celſa tenent, ſummoq; feruntur
Cardine, nec radios humili ſtatione retundunt:
Haud aliter Latiæ ſublimùs ſignifer aulæ
Imperii ſidus propriâ cum ſede locavit.

Et Virg. 11. Æneid.

- - - Hîc undique clamor
Diſſenſu magnus vario ſe tollit in auras:
Haud ſecus, atque alto in luco cùm fortè catervæ
Conſedere &c.

Demophilus. Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες, καὶ τὰς πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα· ὅτως οἱ ἐν εὐτυχίαις φρονοῦντες, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἑτοιμάζουσι βοηθήματα. *Ut ſecundâ tempeſtate navigantes etiam adverſæ præſidia in promptu habent: ita viri ſapientes in*

 rebus

Digitized by Google

rebus ſecundis etiam adverſæ fortunæ remedia ſibi parant. Anthol.lib.1. cap.16. ep.4.

Ἂν περιλειφθῇ μικρὸν ἐν ἄγγεσιν ἡδέος οἴνου,
Εἰς ὀξὺ τρέπεται τοῦτο τὸ λειπόμενον.
Οὕτως ἀντλήσας τὸν ὅλον βίον.

Si relictum ſit pauxillum in vaſis dulcis vini
In acetum mutatur hoc, quod relictum eſt:
Sic qui exantlavit totam vitam &c.

XI. Ante Nomina, & Adverbia numeralia, & quando una ſententia eodem tenore ſequitur alias; itaut ferè Iſocola, ſeu parimembra videantur. Exemplum ſecundi ſit. Cic. pro Arch. *Hæc ſtudia adoleſcentiam alunt: ſenectutem oblectant: ſecundas res ornant: adverſis perfugium, & ſolatium præbent.* Et in Piſonem: *Cùm extinguebas Senatum: vendebas auctoritatem hujus ordinis: addicebas Tribuno Plebis Conſulatum tuum: Rempublicam evertebas: prodebas caput, & ſalutem meam*. Exemplum primi ſit iſtud Virgilianum Æneid.6.

Littus in Heſperium: quærit pars ſemina flammæ
Abſtruſa in venis ſilicis: pars denſa ferarum
Tecta rapit, ſilvas, jumentaq; , flumina monſtrat.

Hoc etiam Coli ſignum occurrit in figuris diſtributionis, quæ paſſim apud Poëtas, & Ora-

Oratores leguntur. Exempli loco ſufficiat iſtud Ovid. Faſt.4.

Hæc implet lento calathes è vimine textos:
Hæc gremium, laxos degravat illa ſinus.
Illa legit calthas: huic ſunt violaria curæ:
Illa papavereas ſubſecat ungue comas.
Has, Hyacinthe, tenes: illas, Amaranthe, moraris:
Pars tyma, pars caſiam, pars meliloton amant.

S. Baſil. ad Adoleſc. Ἀτεχνῶς εἰς πῦρ ξαίνοντες. κοσκίνῳ φέροντες ὕδωρ. εἰς τετρημένον ἀντλοῦντες πίθον. οὐδὲν πέρας τῶν πόνων ἔχοντες. *Reverâ ignem verberant: cribro ferunt aquam: dolio hauriunt perforato: nullum poſſunt laborum exitum invenire.* Dicta Baſilii verba nuperrima Patavii edit. 1687. ubique Commate diſtinguit. Nos vetus exemplar ſequuti ſumus, ubi & conjunctiones deficiunt.

XII. Quoties poſt orationem, verbo, & aliis partibus completam ſequuntur particulæ *Verumtamen, Cæterum, Verùm, Sed, At, Aſt &c.* Cic. in Verr. 6. *Erat admodum amplum, & excelſum ſignum cum ſtolâ: veruntamen inerat in illâ magnitudine, ætas, atque habitus Virginalis.* Et 1. de Orat. *Sed ſive eſt ars, ſive non, non eſt quidem ea negligenda: verùm intelligendum eſt alia quædam eſſe majora &c.* Claud

Digitized by Google

in Paneg. Probini, & Clybrii v.18.

Nec quiſquam procerum tentat, licèt ære vetuſto
Floreat, & claro cingatur Roma Senatu,
Se jactare parem: ſed, primâ ſede relictâ
Auchenis, de jure licet certare ſecundo.

Horat. epiſt. 1.1. v.80.

Multis occulto creſcit res fœnore: verùm
Eſto aliis alios rebus ſtudiiſq; teneri &c.

Iſocrat. Suaſor. 1. Οὐ γὰρ, μικροὺς, οὐδ' ἀφανεῖς ἀγῶνας ὑπέμεινον· ἀλλὰ πολλοὺς, καὶ δεινοὺς, καὶ μεγάλους, &c. *Nec enim parva, neque pauca, nec obſcura certamina ſubjerunt: ſed multa, & acria, & magna &c.* Anthol. lib.1.c.61. 1.

Ἑπτὰ μὲν ἕκτος ἔχειν, μίαν εἴνατος· αὐτὰρ ὁ σοῦμμος
Δοιὰς ἀμφιέπων, ἶσος ἔην δεκάτῳ.

Septem quidem ſextus habebat, unam nonus; verùm ſummus
Binas continens æqualis erat decimo.

Quidam his, & ſimilibus locis malunt dari notam Semicoli, quàm Coli; quòd ſcilicet hæ particulæ non omnino perfectam expoſcant ſententiam quo ad partes Grammaticales, quod Coli proprium eſſe ſtatuimus. Verùm, etſi dem, quod aliquando hæ particulæ propius ad ſemicolon accedant, non pro-

Digitized by Google

proinde ſequitur gemino puncto perpetuò eſſe diſtinguenda, ſed uno interdum, aut altero, prout ad metam plus, minuſve properabit oratio.

XIII. Poſtremò, & coli notam reponendam eſſe cenſeo, in concitatâ præſertim oratione, ante *deinde, primum, poſtremò &c.* in diviſi generis partibus enumerandis. Pro exemplis ſit iſtud tantùm Tullii Orat. pro M. Frontejo. *Videte igitur, utrùm ſit æquius hominem honeſtiſſimum, virum fortiſſimum, civem optimum, dedi inimiciſſimis, atque immaniſſimis nationibus, an reddi amicis: præſertim cùm tot res ſint, quæ veſtris animis pro bujus innocentis ſalute ſupplicent: primùm generis antiquitas, quam Tuſculo &c. tum autem continuæ præturæ &c. deinde recens memoria parentis &c. poſtremò ipſe; cum in omnibus vitæ partibus honeſtus, atque integer, tum &c.*

Quando utendum Puncto mobili, & Periodo.

CAPUT V.

I. PRO rectâ notarum, de quibus nunc ſermo eſt, collocatione, non multum inſudandum eſt jis, qui completam ab incompletâ oratione ſecernere noverint. Punctum ſiquidem mobile (ut alibi innuimus)

Digitized by Google

adhibetur quoties clauſula abſoluta quidem eſt; ſed aliquid ulteriùs admittit, prioribus correſpondens, quo plenior, perfectiorque reddatur. Firmum verò, ſeu ſtabile punctum, quod ſub Periodi nomine venit, frequentatur quoties ita ſententia perfecta eſt, ut ſubſequentia parum, aut latè admodum cum præcedentibus cohærere videantur. Fuitque hoc non recens eruditorum inventum, ad majores, minorèſve clauſulas diſtinguendas. cùm enim ſententiæ completæ aliquid additamenti correſpondens ſubdebatur; tunc punctum ſignare cœperunt, & primam ſubſequentis periodi vocem minuſculâ donare. Cùm prorſus completa videbatur; nihilque plenitudinis expoſcere, aut habere; tunc punctum firmum poſuere; & primam ſequentis verbi literam majuſculam fecere. Qui mos illico apud omnes Typographos, acuratioreſque amanuenſes ita invaluit, ut vix exinde volumen prodierit, quod tali pacto diſtinctum non conſpiciatur. In hanc diſtinguendi ſententiam præter multos ex recentioribus, quos recenſere poſſem, convenit etiam Aldus; ut ex his verbis ex Opuſc. de Interp. deſumptis apparet: *Illud etiam*, inquit, *a propoſitâ ratione non alienum videtur, poſt uncum punctum ſi ſequatur ſententia ſuperiori non diſſimilis, primum verbum literâ minuſculâ incipere; ſi verò diſſimilis,*

lis, majuſculâ. quod ſi non ſolùm diſſimilis ſententia; ſed omninò diſſimile ſequatur argumentum: tunc ea, quæ ſequuntur, non ſolùm unico puncto, & literâ majuſculâ; ſed etiam aliquo intervallo ſejungenda ſunt; ut appareat diverſæ materię principium eſſe. Verùm non ſolùm aliquo intervallo ſejungenda ſunt quæ diſſimilis ſequuntur argumenti, ſed etiam quandoque in novi verſùs caput reiicienda; ut ſuadet Ariſtoteles Rhetor. 3. cap.9. Nam tracta illa, ac nunquam deficiens verborum ſeries exhaurit legentium ſpiritus, illiq́ue tædio fit, quoniam infinitè feratur: naturâ enim omnes rerum finem inſpicere expetunt. *Quapropter*, inquit Stagyrita, *curſores, cum ad flexiones pervenerunt vehementer anhelant, ac penè deficiunt, cùm antea non laborent, quia metam proſpiciunt*. E' cōtrà oratio ſcripturaq́ue hinc inde verſuum diſtincta principiis, ſuavis quodamodo efficitur; quia lector ſemper aliquid ſe tenere exiſtimat, cùm aliquid concluſum, ac determinatum accipit. Secùs nihil prævidere, nihilque abſolutum habere, eſt injucundum; ut ſubdit laudatus auctor.

II. Pro puncto autem mobili aſſignat locum Lombardellius ante particulas illativas, quibus aliquid ex dictis inferimus. Ipſiuſmet auctoris exemplum ſubdo. *Jam lector pro exemplis alia ſe lecturum putabat, quando hæc exempla eſſe cognovit. ex quo patet non il-*

lico temere judicandum. Secundò ante cauſales, quæ ſuperioris ſententiæ cauſam reddunt; ut: *Dicebat Agathon, eo ſolo privari Deum, quod eſt infecta facere, quæ facta fuerint. factum enim, ne factum ſit, fieri non poteſt*. Tertiò verborum compendiis ſubſequitur, ut: *Reſp. Reſpublica. Clariſs. Clariſſimus. Excellentiſs. Excellentiſſimus. Rev. Reverendus. &c.* Quibus in locis ineptè faciunt, qui gemino puncto utuntur. Quod ſi quæras, num poſt hujuſmodi compendia mobili puncto ſignata, ponenda ſint Commata, & Cola: dixerim non bene tale ſcribendi genus concordare, etiam vi diſtinctionis debitum; ſed potiùs curandum eſſe, ne compendiis iis utamur in locis, ubi ex naturâ ſubequi poſſent iſtiuſmodi aliæ notæ. Ceterùm hoc punctum diſtinctionis, magis Poëtarum, atque Hiſtoricum proprium eſt, quàm Oratorum; hi enim magis concitatam orationem, illi concìſam magis, ſtrictamque uſurpant.

III. Quoad punctum, quod majus, ſeù firmum nuncupamus, nonnulla obſervatu digna ſuperſunt. Ac primùm, non ſolùm poſt plurium verborum circuitum, & comprehenſionem apponi ſolere; ſed aliquando etiam poſt unicum verbum: quod probat D. Hieronymus in cap. 8. Matth. ubi oſtendit non ſcribendum: *Volo mundare*; ſed *Volo. Mundare. Non ergo*, inquit, *ut plerique Latinorum*

pu-

putant, jungendum eſt, & legendum: Volo mundare; *ſed ſeparatim, ut primùm dicat* Volo, *deinde imperet*. Mundare. In modulis Etruſcis, quos vulgò dicimus *Sonetti*, cùm olim non in fine tantùm, ſed etiam in medio eſſet rhythmus, ſolebant puncto diſtinguere; ut apparet ex hoc Pucciandonis Martelli Piſani, quem ex antiquo chirographo membranaceo, profero.

Similemente . gente . criatura .
La portatura . pura . ed avenente .
Faite plangente . mente . per natura .
Siche 'n altura . cura . vo la gente .
Callor parvente . nente . altra figura .
Non a fattura . dura . certamente .
Però necnte . ſente . di ventura .
Chiuſſa pintura . ſcura . no prezente .
Tanto doblata . data . ve beleſſa .
E adorneſſa . meſſa . complacenſa .
Cogna chei penſa . ſenſa . permirata .
Però amata . fata . von alteſſa .
Che la fermeſſa . deſſa . conoſcenſa .
In ſua ſentenſa . benſa . onorata .

IV. Secundò advertendum, veteres in antiquis incſriptionibus lapidariis poſt quamlibet vocem punctum adhibuiſſe; non autem poſt vocem, quæ lineam clauderet: ut monuit, obſervavitque Raphaël Fabrettus c. 3. Inſcriptionum Antiq. his verbis: *Puncta inter verba frequentiſſimè obſervabis; in fine autem*

ver-

verſûs raró interpungi ſolere, temporibus præſertim correctioris Orthographiæ, minùs fallaci regulâ, quàm Reineſianâ à nobis exploſâ, ſtabilire poſſumus. Unicum ex innumeris exemplum affero, quod Romæ cernere eſt ad S. Pauli.

DIS. MANIBVS
SEX. PERPERNA. ARGYRVS
ET. PERPERNIA. OMPHALE
SIBI. LIBERISQ. SVIS. ET
LIBERTIS. LIBERTABVS
POSTERISQ. EORVM
H. M. D. M. A.

Verùm non poſt vocē ſolùmmodo poſuere punctum veteres; ſed etiam poſt quamcumque ſyllabam; ut mihi ex pervetuſtis marmoribus colligere fuit, quorumque ingentem copiam ſuppeditat laudatus Fabrettus cap.4. num. 131. 143. 146. & cap. 5. nu. 170. 174. 175. &c. Geminas excribam easque breviores.

D. M
M. LVC. CE. IVS
HER. MES

D. M
CAL. PVR. NIAE
VI. XIT. A. I. M. V
D. VIII. MA. TER
FE. CIT

Qui

Digitized by Google

Qui mos Græcis quoque adhæſerat, ut ipſe demoſtrat Inſcriptione ſui Muſei è Cœmeterio ad duas Laurus à ſe erutâ.

.HPA.KΛIC.XPI.
.CTOC.KAI.A.MEM.
.ΠTOC.EN.TA.ΔE.
.KEIT.A.E.ZH.CEN.
.ENI.AΥ.TON.MH.NAC.
.E.ΠTA.EI.PH.NH.MH.THP.
.Υ.Iω.KAΥ.KΥ.TA.Tω.TI.TΛON.
.E.ΠOI.H.CEN.

V. Generalia eorum, quæ huc uſq; diximus, quoad modernum interpunctionis uſum ad memoriæ ſubſidium pro junioribus hæc ſubjungimus carmina.

Ante relata, notaſq; jugandi, ſingulaq; ante
Quæ nectunt voces, tibi ſit breve comma locandum.
Ante infinitum, poſt anteq; *comma notabis.*
Poſtulat æquè inquit *bina inter commata claudi:*
Sic independens caſus, caſuſq; vocandi.
Ante ſed, *ac* tamen, *& numerandi ex ordine voces,*
Ante ita, quum. *& quodcumq; aliud, quod jungit, & arcet*

Ser-

Sermonem: poſt multa, aliam, & ſententia quando
Una trahit: quando reſponſa, aut dicta ſequuntur
Authoris: tandem quum ſermo ex partibus auctus,
Quòd tamen ad ſenſum trahitur ſermone ſequenti,
Figere cola potes. reliquis inſcribito punctis.

De aliis notis Interpunctioni inſervientibus; ac primùm de Diaſtasi, & Parentheſi.

CAPUT VI.

I. QUoniam ſæpe fit, ut in Periodo affectus quiſpiam indignationis, commiſerationis, interrogationis, & hujuſmodi interſeratur, tamquam loquentis animum affabre repræſentantes; hinc eſt, quod meritò hoſce affectus ſuo quoſque diſtinguere ſigno Scriptores voluere; ut lector illico permotiones illas cognoſceret, ſenſumque, & vim Auctorum magis tutò perciperet. Quis enim crederet, hos quos ſubdā, verſus ex Metam. l. 4. v. 426. interrogationis eſſe notâ affectos, niſi eandem inibi poſitam proſpiceret?

Nil poterit Juno niſi multos flere dolores.
Idque mihi ſatis eſt. hæc una potentia noſtra eſt.

Nil

Nil poterit Juno niſi multos flere dolores?
Idque mihi ſatis eſt? hæc una potentia noſtra eſt?

Adde, quod ea, quæ mortuis voluminibus conſecramus; etſi vocis vivæ reviviſcant opere; ſi tamen nullo donentur ſigno ad exprimendos animi affectus; parùm, nihilque Auditorum animos percellunt; quia vox, & actio plurimùm circa movendum valent. Sunt tamen quæ de his notis, de quibus acturi ſumus, nihil ad affectum faciant; ut Diaſtaſis, & Parentheſis; quas potiùs ob venuſtatem quàm ob neceſſitatem cœpimus adhibere; ſeu, ut inquit ille; ex quibus inde utilitatem habuimus cùm ornatum quæſiſſemus.

II. Has omnes diſtinctiones, ut quis faciliùs memoriæ mandet, Tetraſticho comprehendimus.

Semipatet puncto, supereſt cui dictio, verſus.
Multiplici puncto ſenſum Reticentia claudit.
Membrum independens ſinuoſa Parentheſis indit.
Linea recta ſtupet, flexuſque interrogat uncus.

Diaſtaſis διάςασις, quam latinè *ſemipunctum*, ſeu meliùs *ſeparationem* appellamus, eſt linea tranſverſum ducta in hunc modum (—) ſeu (‵) quâ utimur quoties verſiculus in dictione nondum perfectâ terminatur, proſequenda alio verſiculo. Italicè *diviſione* dicitur. Eâ veteres non utebantur, ut inter cætera, ex

toties laudatis Cenotaphiis Caii, & Lucii Cæſarum obſervare mihi fuit verſu 8. 9. 13. 15. &c. Ex Aldinis quoque Inſcriptionibus V. *Hannibal* p. 382. 478. 483. 742. & alibi paſſim; in quo concordare omnes lapides videas. Poſtea verò non ſine causâ introducta eſt, vigetque adhuc, ut ex voluminibus, quæ ubique circumferuntur, conſpicere eſt. Habemus ex Svetonio l. 2. c. 87. hunc morem ſejungendi voces Auguſtum repudiâſſe, qui reliquum, quod ſupererat verbi malebat parti ſcriptæ in exſtremâ lineâ ſubſequi, quàm alterius versûs initio perſcribere, exemplo, ex Auguſti ipſius Epiſtolâ deprompto, res clarior fiat.

Nos, mi Tiberi, Quinquartus ſatis ju
(cunde
Egimus. Luſimus enim per omnes
Dies, forumque aleatorium calefeci
(mus
Frater tuus magnis clamoribus rem
geſſit &c.

Verùm, quamvis lineolam ad diſtinctionem ſyllabæ non habuiſſe veteres dixerim; vulgò tamen omnes ſyllabas ſeparabant abundantes, ac ad alterius verſus initium transferebant: ut optimè innuit his verbis Boxhornius ad præfatum Tranquilli locum: *A conſuetudine enim vulgo in ſcribendo receptâ, & nobis adhuc retentâ receſſit Auguſtus; ac contrariam*

pla-

planè viam ingreſſus eſt. Vulgò à fine verſûs ad alterius initium abundantes literas transferre mos erat. Mantere tamen hujus Auguſtei moris reliquiæ apud Typographos, qui in carminibus præſertim, ſi quid ſuperſit, in fine ſupponunt præpoſito ſemicirculo. ex. gr.

Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius un-
(quam

Quod ſeparationis genus cùm confuſionem facilè pareret, præcipuè ſæpius in eâdem paginâ repetitum; placuit multitudini, reliquum, quod ſupereſſet vocis, ad alterum verſum reiicere; ita tamen, ut aliquod ſpatium à primâ carminis voce intercederet, ut:

Arcanum neque tu ſcrutaberis ullius un-
quam.

Et quoniam de ſcriptione verſuum incidit ſermo; placet hîc obiter ſubdere quod refert Epheſtion Grammaticus Cap. περὶ ςίχȣ, κώλȣ &c. Sapphûs ſcilicet Carminum lib. 2. & 3. ita fuiſſe diſtinctum, ut gemini quique verſus ab aliis diſtincti viderentur, & invicem conjuncti. Latini tamen Poëtæ aliter ſua carmina diſpoſuere, eoque ferè quo nunc diſponimus modo, ut ex Manuſcripto Virgilii Carpenſis Bibliothecæ Mediceæ colligere fuit quod V. C. Nicolaus Heinſius in præf. nuperæ, ac omnium emendatiſſimæ Virgilianæ editionis dixit *unum inſtar omnium, qui parem vetuſtate nullum per Europam univerſam ha-*

Digitized by Google

habeat; fuit enim conſcriptum ab Aſterio Conſule circa Valentis, & Theodoſii tempora; ut cenſet vir inſignis noſtri ævi Lucas Holſtenius, probatque fuſiùs Eminentiſs. de Noris Diſſert. 4. Cenotaph. Piſ. p. 433. Primi qui Odas Etruſcas conſcripſere, ſolebant conjunctè omnes quaterdenos verſus pingere, ac ſi eſſet proſaicum quid; ac in fine uniuſcujuſque carminis, geminum punctum apponebant. Interdum quatuor priores ſimul ſcribebant poſitâ, ut ſuprà, coli notâ; poſteriorum quatuor, primus lineam renovabat; ſic nonus, atque duodecimus. Ultimò bini jungebantur ſimul, ut unicam lineam exhaurirent. Ita ex antiquis membranis obſervavit vir præſtantiſſimus Franciſcus Redi in Adnotat. ſui Dithyrambi pag. 113. ſed ut eò, unde digreſſi ſumus revertamur, duo potiſſimùm animadvertenda circa Diaſtaſis ſignum, ſunt: Primùm perperam eos facere, qui non in fine versûs, ſeu lineæ diaſtaſis ſignum collocent (ubi vocem dimidiare opus ſit) ſed initio ſequentis; & illud quidem interdum geminatum. Secundò, numerales notas nunquam, aut ferè nunquam ſeparari ſolere. Sic v. g. annus M DCCIX ſi ſcribendus ſit; ineptum prorſus M. extremo præcedentis, & DCCIX. in principio ſubſequentis lineæ apponere; ſed omnes notæ numericæ ad unum corpus re-

di-

Digitized by Google

digendæ, ut monet Bartolus Orthogr. cap. 1. §. 3. pag. 28. Dixi ferè nunquam ſejungi: nam nonnulli neceſſitate, ut puto, compulſi quandoque ſejunxere; quos inter antiquitatis bene peritus Raphael Fabrettus; ut ex ejus operibus liquet.

III. Eſt et alius ſemipunctus hujus (.....) aut alterius hujus formæ (—). Signatur autem quoties per Apoſiopeſin figuram reticemus aliquid, quod aures offendere aut perſonas dubitamus; vel cùm affectum aliquem interrumpendo ſermonem volumus exprimere. Similiter quando aliquid ſcriptioni perfectæ congruum tunc temporis ignoramus, velut Auctoris nomen, Cognomen, &c. Fit etiam cùm in proferendis adducendiſque Poetarum auctoritatibus, eas petimus in medietate, aut aliâ quavis, quæ principium non ſit, parte verſûs: tunc enim loco vocis aut vocum, quæ præceſſiſſent, & miſſas facimus tanquam nobis incongruas, ſufficimus hoc ſemipunctum: vt adducendo hoc grave Flacci dictum 1. ep. 10.

— *Mors ultima linea rerum eſt.*

præmiſi ſemipunctum, quo notarem, hæc verba non à verſûs initio petita; ſed à medietate: habet enim ante ſe.

Hoc ſentit. Moriar —

quæ nihil ad rem meam faciebant. Similiter fit in Græcis. Exemplo ſit iſtud Hom. Iliad. 5. v. 474.

Ὀφθαλμὼ δὲ ἄρα οἱ πυρὶ λαμπετον ——

hîc ſemipunctum ſine ii obtinet, ut monſtret Spondeum denotare, quo mihi nihil opus erat iſto in loco. Sed advertendum, quod ſi unicum aut geminum ex Poëta adducendum ſit verbum; tunc nullum punctum aut ſignum præibit ſequeturque, licèt quidam præſtare ſoleant. Ex. gr. ſi ad tutandam versûs Ovidiani 209. epiſtolæ Heroid. 20. elegantiam, vbi pomum rotundum vocat *volubile malum* proferens alterius Poëtæ ſimile de re rotundâ epitheton; dicam: Virgilius quoque pro turbine Æneid. 7. *volubile buxum* dixit. vides ibi incongruè præmitti ſemipunctum. Addo inſuper ſimilia verba ob parvitatem in novâ linea non reponenda, ſed eidem lineæ conjungenda; ut vides à me factum in exemplo mox prolato. Secùs tamen, ſi longiora fuerint Poëtæ verba, ea ſemper novâ lineâ donabimus; ut ex ſuper allatis innoteſcit. Quidam tamen tamquam quid proſaicum hæc ipſamet verba inſimul ſcribunt, primam tantummodo cujuſque carminis literam majuſculam facientes; per quod differe videretur à proſâ. Sed hoc licet non damnem, minùs tamen cum accuratioribus ſcriptoribus probo.

IV. Parentheſis παρένθεσις, latinè ſonat *interpoſitio*, Quintil. lib. 9. c. 3. *interclusio*, Martiano

Cap-

Capellæ *digreſſio*. Sic eam apprimè definit Voſſius Gram. contractæ pag. 108. *Eſt diſtinctio eorum quæ ſententiæ includuntur, nec eius ſunt pars: ut quæ nec à præcedente, nec ſequente verbo regantur, ſed abeſſe poſſunt ſalvâ ſententiâ.* Ejus autem nota hæc eſt ( ) ſunt etiam qui quadrangulum ſecent hoc pacto [ ] ſive ob venuſtatem ⟨ ⟩. Hujus verò notæ læva pars ponenda tunc eſt, quando incipit interjectio; dextera ubi omninò fuerit abſoluta. Quamvis tamen nomine Parentheſis veniant verba illa intercepta; nihilominus per Metonymiam continentis prò contento intelligimus communiter ſemicirculos claudentes, atque intercipientes. Totum, hoc exemplo magis illuceſcet. Cic. pro Mil. *Ego cum te (mecum enim ſæpiſſime loquitur) patriæ reddidiſſem*. Virg. Æn. 6.

At ramum hunc (aperit ramum, qui veſte latebat)
Agnoſcas.

S. Baſilius Orat. ad Adoleſcen. Ὑμᾶς δὲ νομίζω (εἰ μήτι ὑμῶν διαμαρτάνω τῆς γνώμης) μὴ ποθεῖν τοὺς τεκόντας, πρὸς ἐμὲ βλέποντας. Homer. Odyſſ. δ.

Αἰγύπτου προπάροιθε (φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι)
Τόσον.

Quia Græci Latinis minus Religioſi ſunt, ideo pro Parentheſeos notâ ſæpe ſupplent Commatibus.

V. Quando verò hac notâ Intercluſionis

nis vtendum ſit, ex dictis ſatis manifeſtum redditur: generale porrò præceptum ſit, quo ab omnibus tricis nos expediamus, iſtud Aldi: *Parentheſi includi oportet ea, quæ nec ſententiæ partes ſunt, nec ab ullo aut antecedente, aut ſubſequente verbo reguntur: nec, ſi abſint, detrimenti quidquam patitur ſententia*. Verùm video me magis Adoleſcentibus profuturum, ſi communi iſto minime contentus præcepto, illud veluti in partes diſtributum exemplis ornavero; illo præcipuè admonitus, quod anguſti oris vaſis, ſi aqua tota ſimul infundatur, reſpuunt; ſenſim ſi inſtilletur, recipiunt. Huic accedit opera præſtantiſſimi Horatij Lombardellij, qui hanc partem accuratè pertractavit, quâ ſolâ contentus eſſe potero. Igitur 1. Parentheſi intercipiuntur illa membra, quæ à Præſumptione, Prolepſi, ſeu Occupatione effecta ſnnt, quâ id occupamus, quod ab aduerſario poteſt opponi. Exempla ex eòpſe Lombardellij penu deſumo. *Ego autem (ſed erro fortaſſe; nec tamen is ſum, ut mea me maximè delectent) nihil mihi videor hoc bello ſenſiſſe prudentiùs*. Virg. Eclog. 3. v. 29.

> *— ego hanc vitulam (ne fortè recuſes*
> *Bis venit ad mulctram, binos alit ubere fœtus)*
> *Depono &c.*

2. Intercluduntur eæ ſermonis partes, quæ cauſam reddunt alicujus rei, de quà ante vel

poſt

poſt ſermo futurus ſit. *Hîc dicet aliquis : perexigua, perexiliſq; materia, nec ſatis ſcribi digna. iſti ego (vitandus eſt enim, in principio maximè, contemptus operis) affirmo non talem ſibi introgreſſo èam viſum iri.* Virg. Georg. 4. 251.

Si verò (quoniam caſus apibus quoque noſtros
Vita tulit) triſti lãguebunt corpora morbo &c.

3. Fit Parentheſis, quando ambiguitatem tollimus, rerumq́ue proprietates, aut nomina, quæ præcedunt, ſequunturq́ue declaramus: ac tandem cùm Epexegeſis, ſeù Expoſitio figura acciderit: *Quouſque tandem, Quirites (literatos appello, & Romanæ linguæ cultores, qui & verè, & ſoli Quirites ſunt: cæteri enim potius inquilini) quouſque, inquam, Quirites, urbem veſtram à Gallis eſſe captam patiemini?* Virg. Georg. 2. v. 238.

Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix (ea nec manſueſcit arãdo,
Nec Baccho genus, aut pomis ſua nomina ſervat)
Tale dabit ſpecimen —

4. Intercluduntur verba, quæ ad attentionem captandam orationi interſerere quandoque ſolemus. *Hunc ego (ut novum calamitatis genus attendas) cum pluris facerem, me ipſum &c.*

Senſibus hæc imis (res eſt non parva) reponas.

5 Cùm dubitat quis, num queat alicujus rei recordari; ſeu cùm quid in memoriam

revocat. *Itaque non modo in Comœdiis res ipſa narratur; ut ille in Trinummo, Virgo modò (fortè noſti canticum: meminiſti Roſcium) ita me deſtituit nudam.* Virg.

Maximus unde pater (ſi ritè audita recorder)
Theucrus Rheteas primùm eſt advectus ad oras

6. Parentheſi clauditur ſermo, quo ignorantiam, errorem, ſtoliditatemque noſtram exponimus, atque fatemur. *Hac opinione ductus, ac præterea alicujus gloriæ ſtudio (cur enim vera non fatear?) etiam de edendis his ineptiis meis cogitare cœpi.* Virg. Ecl. 1. v. 32.

Namque (fatebor enim, dum me Galathea tenebat,
Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.

7. Quando ad vitandam arrogantiæ, aut temeritatis notam inurbanitatemque, quid interſeratur orationi, obſequium exiſtimationemque præſeferens, quo animum illius, cui inceſſiſſet talis ſuſcipio, leniamus. *Tum ille (parco nemini ſacroſancti viri) qui dixit: ebrietas eſt comes libidinis, & intemperantiæ.* Ovid. Triſt. lib. 5. el. 12.

(Pace novem veſtrâ liceat dixiſſe ſorores)
Vos eſtis noſtræ maxima cauſa fugæ.

8. Intercluduntur preces, maximè ad malum omen removendum. Cic. in Brut. *Sin aliter fuerit (quod Dii omen avertant) Reipublicæ vicem dolebo.*

—— Ipſe arduus altaq; pulſat

Sy-

Digitized by Google

Sydera (Dii talem terris avertite peſtem)
Nec viſu facilis, nec dictu affabilis ulli.

9. Quæ ad ſuſpicionem demonſtrandam proferimus, Parentheſi intercipimus. *Hæc opinio originem ab Iſocrate (ſi tamen revera ars, quæ circumfertur, ejus eſt) duxit.*

Æmulus exceptum Triton (ſi credere dignum eſt)
Inter ſaxa virum ſpumoſâ immerſerat undâ.

10. Quando orationi morem quempiam ad rem facientem adnectimus. *Itaque (quod plerumque in atroci negotio ſolet) Senatus decrevit, ut darent operam Conſules, nequid Reſp. detrimenti caperet.*

Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias
(Ut ſit, ubi quid in animo eſt moleſtiæ)
Aliam rem ex aliâ cogitare.

11. Subitas quaſdam admirationes, aut exclamationes, interrogationes quoque in oratione abrumpentes ſemicirculis occludimus. *Hunc autem, dico Patronum agri Piceni, & Sabini (ò turpem notam illorum temporum!) non erat æquum &c. Me non levis certè quædam ambitionis aura commovit (quis enim in nudis rerum conjecturis locus eſſe vel minimæ laudi poſſit?) Sed ſummum meum harum illuſtrandarum literarum, idque tibi jampridem cognitum deſiderium.* Ovid. Triſt. 4. 4. v. 13.

Ipſe Pater Patriæ (quid enim civilius illo?)
Suſtinet in noſtro carmine ſæpe legi.

Et ex Ponto l. 4, 6. v. 45.

Digitized by Google

Et prius (heu nobis nimiùm conterminus .)
Iſter
In caput , Euxino de mare , vertet iter .

12. Iuramento itidem, cùm proferimus ad fidem dicto conciliandam ; ſeù cùm Deum , & Cœlites in teſtimonium vocamus . *Illâ omnium quidem elegantiſſimâ (ne ſim ſalvus , ſi aliter ſcribo , ac ſentio) nihil legi humanius* . Ovid. Met. 9. v. 540.

——— ——— ——— *omnia feci ,*
(Sunt mihi Dî teſtes) ut tandem ſanior eſſem.

13. Cùm in oratione quempiam ſermocinantem introducimus , ſi ejus verbis noſtra interponamus , ea Parentheſi claudamus oportet . ex.gr. *Tunc Polyxenidas : Faciam, inquit, ut qui bellum potiùs nimiùm de veſtrâ virtute confiſi (erant enim hoſtes è regione omnes) quàm pacis , ac fęderis vincula elegiſtis ; belli quoque detrimenta, & ea quidem acerbiſſima experiamini* . Ovid. Met. 11. v.753.

Aſpicis (oſtendens ſpatioſum guttura mergũ)
Regia Progenies &c.

IV. Plura non ſubdam , quæ ad Parentheſim ſpectant , quia ea quæ intercludi debent, plurimùm naturâ ipsâ , & ex ipſo orationis contextu dignoſcuntur . Pro coronide erunt verba Aldi de rat. Interp. pag. 799. *ineptè facere , qui hæc Parentheſi includunt ,* ut puto, ut res indicat , ut à majoribus accepimus , quod equidem facilè intellexerim ,

&

Digitized by Google

& ſimilia; quæ ſi ſemicirculo diſtinguantur, aut ſaltèm puncto, & ſemicirculo, ſatìs erit. Idem ſentit Voſſius, additque, verba Parentheſi intercepta in pronunciando aliter efferri, idque voce plurimùm magis ſubmiſsâ. Verum Lombardellius, cujus auctoritatem non contemnendam ducimus, ſupradicta omnia ſemicirculis intercludit; itaque faciendum edocet pag. 167. Et ſanè, ſi calculum meum adjicere fas ſit, non levibus innititur argumentis; præcipuè cùm idipſum in veteribus, recentioribuſque appareat typis.

De Puncto Admirationis, & Interrogationis.

CAPUT VII.

I. PUnctum Admirationis promiſcuè à Latinis *patheticum, exclamativum*; ab Italis *punto ammirativo, patetico, affettuoſo, eſclamativo* dictum eſt. Hujuſmodi notâ ſignatur à Latinis (!) Græci eam uſurpant, quâ ad Cola diſtinguenda utuntur: punctum ſcilicet ſummæ literæ appoſitum. Vnicum ſit pro omnibus exemplum ex Chryſoſt. orat. de deſcenſu Chriſti Domini ad Inferos, & de Latrone, deſumptum, cùi per exclamationem initium facit his verbis. ὢ τῶν ξένων, καὶ παραδόξων πραγμάτων· ὁ λῃστὴς μετὰ Χριστοῦ &c.

His

His autem præcipuè in locis ſedem tenet Admirationis punctum.

1. Poſt exclamationem; & hoc quidem perpetuò Cic. pro Sylla: *O falſam ſpem! ô volucrem fortunam! ô cæcam cupiditatem! ô præpoſteram gratulationem!* Virg. 2. Æn.

O Patria! ô Divum domus Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum! &c.

2. Poſtponitur clauſulæ admirationem, aut ſtuporem exprimenti. *Dii veſtram fidem; quanti eſt ſapere! O qualem virum refers in diſcrimine poſitum!* Ovid. Heroid. ep. 20. v. 87.

Cùm bene ſe quantùmque volet ſatiaverit ira;
Ipſa tibi dices: quam patienter amat!

3. Similiter indignationem cùm moſtraverimus. *Homunculi quanti ſunt, cùm recogito!* Ovid. Heroid. ep. 12. v. 19.

Quantum perfidiæ tecum, ſcelerate, periſſet!

4. Cuicumque contemptûs generi, irriſioniſve, poſtponitur admirationis nota. Cic. 1. Philip. *O ſtultos Camillos, Curios, Fabricios, Calatinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! O amentem Paulum, ruſticum Marcum, nullius conſilii patres iſtorum amborum qui triumphârunt!* Virg. Æn. 4.

Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla refertis,
Tuq; puerq; tuus, magnum, & memorabile nomen;

Una

Digitized by Google

Una dolo Diuûm, ſi fęmina victa duorum eſt !

5. Verbis quoque ſubſequetur ſi affectum quempiam dolore mixtum connotaverint. Cic. 1. Offic. *O Domus antiqua, heu quàm diſpari dominaris Domino!* Ovid. Heroid. 19. ep. v. 121.

Me miſeram! quanto planguntur littora fluctus!

6. Sermoni itidem pœnitentiam innuenti, ut: *Quàm malè, deſperatis jam fœderatorum auxiliis, inexpertiſſimo Duci Imperium commiſimus!* Ovid.

Ut vidi! ut perii! ut me malus abſtulit error!

7. Quibuſdam lætitiæ ſignificationibus. Cic. 4. Att. 16. *O expectatas mihi tuas literas!* Ovid. 1. Triſt. eleg. 2. v. 41.

O benè, quòd non ſum mecū conſcendere paſſus!

8. Poſt quædam benevolentiæ ſigna, quę manibus, oculis, geſtuque potiùs deſignaremus, quàm voce, admirativum ponitur, ut: *O ſocium verè cariſſimum, qui ſubſtantias non modò, & fortunæ bona; verùm, quod admirabilius eſt, vitam toties pro ſalute meâ profundere voluiſti! ut te accipio, amplectorq; libens!* Ovid. 1. Triſt. eleg. 3.

O mihi Theſeâ pectora juncta fide!

9. Quando rei narratæ ſeu probatæ, coronidis inſtar ſubjicitur grave dictum. Sic Val. Max. l. 3. cap. 5. expoſitis Scipionis, à Patre degeneris admodum, moribus; è cujus manibus annulum, in quo erat Africani effigies propinqui extraxerunt, hoc Epiphone-

ne-

Digitized by Google

nemate concludit: *Dii boni, quas tenebras ex quo fulmine naſci paſſi!* Eopſe pacto Virgilius Æneid. 1. præmiſſis cauſis infenſæ Junonis in Romanos, periculaque ab Æneâ perpeſsa.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem!

10. Tandem clauſulis nonnullis apponitur, quæ laudem, aut vituperationem ex animo involvunt. Cic. pro Flac. *Noſter autem teſtis, ut ſe ſuſtentat! ut omnia verba moderatur!* Ovid.

O vir non ipſo, quem regis, orbe minor!

II. His, ſimilibuſve caſibus Punctum Adminiſtrativum frequentabimus: neque enim omnes perſequi noſtrum eſt. Porrò hoc unum, priùs quam de Interrogationis notâ ſermo ſit, conſiderandum reſtat cum Aldo, & Voſſio, quod, licet quandoque manifeſta exclamatio ſit, aut admiratio, tamen nota admirationis negligitur; & ejus vice, quod, & veteres fecere, ſufficitur punctum ſimplex, vt in hoc caſu: *Quanta calamitas impendet Reipublicæ. Quantas utilitates humano generi Philoſophia peperit.*

III. Interrogativum punctum, Italis quoque *Punto interrogativo, o domandativo,* talis eſt formæ (?) Quem autem locum velit nomen ipsũ indicat, ideòque hîc nobis non multum immorandum. Geminum tantùm ſubdam exemplum ſolutæ unum, ligatæ alterum orationis. Cic. 2. de Fin. *Oculorum eſt*

no-

Digitized by Google

nobis ſenſus acerrimus, quibus ſapientiam non cernimus; quàm illa ardentes amores excitaret ſui, ſi videretur? Terent. Heaut. ſc. 1. actu 1.

Tantumne ab re tuâ eſt ocii tibi:
Aliena ut cures, eaque nihil, quæ ad te attinent?

Græci notam Interrogationis ſignant puncto cum Commate ſubjecto. Iſocrat. ſuaſoriarum primâ. Πεϱὶ τίνας δ' ἡμῶν οὐκ ἐξαμαρτάνουσι; ποῖον δὲ χρόνον διαλελοίπασιν οὐκ ἐπιβουλεύοντες τοῖς Ἕλλησι; *Quos verò noſtrûm non violant? quo tempore inſidiari Græcis deſtiterunt.* Anacreon.

Τὸ δ' αὔριον τίς οἶδεν;
Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;
Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με;
Quis cras futura novit?
Quid preliis, mihique?
Quid conferat mihi aurum?

IV. Advertenda hîc de Interrogationis notâ duo ſuperſunt; ac primò cum Lombardellio, poſt Interrogativum (ſicut etiam poſt Admirativum) non ſemper ſequi majuſculum characterem: fieri namque poteſt, vt quod ſubjungitur omnino præcedenti cohæreat; atque interdum illius clauſulę membrum ſit. Quo in loco poſt interrogativum minuſcula pingenda eſt litera; ut patet ex his exemplis: *Quem prudentem dixerimus? eum profectò, qui, cùm potuiſſet, noluit nocere.* Ovid. Heroid. ep. 5. v. 1.

Perlegis? an conjux prohibet nova? perlege: non eſt

Iſta.

Digitized by Google

Iſta Mycenæa litera facta manu.
Si verò quæ ſubjungimus ita diſparata ſint, ut nullâ ratione cum præcedentibus connectantur; tunc Interrogativum ſequetur majuſcula; ut vides in ſeqq. *Nihil-ne placeat agi, quod ſenſus non appetant? Ea eſt ſenſuum malignitas, eaq; infeſtiſſima improbitas, ut incautiores illecebris alliciant in facinora; animoſq; in omne ſceleris, ac turpitudinis genus promptos faciant, atque proclives*. Minùs itaque ſe peccaſſe quiſpiam pro certo teneat, ſi pro majuſcula minuſculam, quàm ſi pro minuſculâ majuſculam uſurpaverit aliquando; dummodo hoc fortuitò, non datã operâ fiat. Prætera Propoſitiones, aut Concluſiones per aliquam ex hiſce particulis *utrum, num, an* propoſitas Interrogativum reſpuunt; quod ipſum de Italicis dictum ſit particula *ſe* affectis. v. g. *Bramerei ſapere, ſe il Mondo poteſſe eſſere ab eterno. Num poſſit dari actio in diſtans. Utrum poſt hominum reſurrectionem millenarium in terris Chriſti Regnum futurum ſit.* Hæc tamen Lombardelii regula, quod ipſum fûgit, exceptionem pati videtur; prout diverſimode iſtiuſmodi propoſitiones fuerint enunciatæ: ſi enim dixero: *Chriſti Regnum, ubi à mortuis homines fuerint revocati, numquid terreſtre eſt futurum? num mille annis duraturum?* Quibus in locis interrogandi notam apponendam eſſe, quis non videat?

V. Al-

V. Alterum, quod cum Aldo, & Voſſio advertendum, eſt, quod licet quandoque manifeſta interrogatio ſit; interrogandi tamen notam prætermittimus; ut cum ſententia uſque adeo producitur; ut illa interrogandi vis, quæ primis verbis agnoſcebatur, longiore paulatim ſpatio imminuta, evaneſcit. Sit exemplum: *An bonos Adoleſcentes exiſtimamus, qui Animæ pulchritudinem vitiorum ſordibus deturpant; nihil ad humanitatem, nihil ad honeſtum referunt; nec libenter ea curant, quæ ego, niſi præ cæteris curarem, prorſus me Dei benevolentiâ, in quâ totius meæ partem poſui felicitatis indignum putarem.*

CAPUT VIII.

De uſu Majuſcularum.

I. DE Majuſcularum uſu, licet quædam capite ultimo ſecundæ partis attigerimus; hæc tamen ſuperaddere non venuſtatis, ac ornatûs, ut illa fuere; ſed neceſſitatis præcepta, operæ pretium exiſtimauimus. Ea enim, ſi quis ſcriptorum omiſerit, incuriâ: hæc ſi neglexerit, inſcitiâ dubio procul notabitur. Itaque à Majuſculâ initium ducunt.

1. Nomina propria, puta Cœlitum, Virtutum atque Vitiorum, Hominum, Fluvio-

viorum, Montium, Inſularum, Peninſularum, Regionum, Dignitatum, Gentium ſeu Populorum, Vrbium, Pagorum, Cœlitum, &c. ut: *Deus, Maria, Seraphim, Cherubim &c.* Virtutum, & Vitiorum, ut: *Caſtitas, Clementia, Prudentia* (ſed hæc plurimùm quoque minuſculâ donari videas.) Hominum, ut: *Homerus, Franciſcus, Joſeph, Joannes &c.* Fluviorum ut: *Araris, Iſter, Arnus, Nilus, Schaldis. &c.* Montium, ut: *Athos, Olympus, Caucaſus, Parnaſſus, Ida. &c.* Inſularum ut: *Sicilia, Sardinia, Ilva, Rhodus, Creta. &c.* Peninſularum, ut: *Peloponneſus, Aurea Cherſoneſus. &c.* Regionum, ut: *Etruria, Sabaudia, Flandria, Helvetia &c.* Dignitatum ut: *Pontifex, Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, Eques &c.* Gentium, ut: *Itali, Germani, Poloni, Sarmatæ, Perſæ, Indi &c.* Urbium, ut: *Roma, Florentia, Patavium, Venetiæ, Mutina, Rhegium Lepidi &c.* Pagorum: ut: *Finalium, Iolcos, Chelonites, Feronia &c.* Adde quoque nomina inde deducta: ut: *Divinus, Homericus, Tyberinus, Cretenſis, Peloponneſius, Pontificius, Caucaſeus, Romanus &c.* quæ ſimiliter à majuſculâ literâ inchoantur.

2. Majuſculâ afficias Nomina, quæ proprii loco per Antonomaſiam ponuntur, ut *Dominus* pro *Chriſto*, *Apoſtulus* pro *D. Paulo*, *Poëta* pro *Virgilio*, *Orator* pro *Cicerone*, *Satyricus* pro *Juvenali*, *Lyricus* pro *Horatio &c.* Patrony-

nymica quoque, ut: *Anchiſiades*, *Romulides*, *Dardanides*, *Æacides &c.*

3. Agnomina, & Cognomina Familiarum, ut: *Appius*, *Sextus*, *Marcus*, *Aulus &c. ALBANUS*, *Barbarinus*, *Carpineus*, *Eſtenſis*, *Fabronius*, *Mediceus*, *Rufus &c.*

4. Voces novam Periodum, ſeu Clauſulam inchoantes. In hoc tamen ſervetur regula ſuperiùs tradita de Puncto mobili, & firmo; obſervandum ſcilicet, num voces novam periodum incipientes cum præcedentibus connexionem habeant; quod ſi habere compereris, minuſculâ; ſin minùs majuſculâ donabis primū novæ clauſulæ elementum.

5. Initium cujuſcumque carminis, niſi fortè verbum in fine ſecetur, ac extremâ iſius parte ſequens incipiatur; ut in hoc Horatii de Arte v. 289.

Nec virtute foret, clarìſvè potentius armis
Quam linguâ Latium, ſi non offenderet unam
quemque Poëtarum limæ labor, & mora &c.

Scio tamen quoſdam eſſe, qui etiam in hoc caſu malint ſcribere majuſculam literam, contenti ſolâ diaſtaſi, quâ ſyllabas diſcriminent. Nos meliores ſequimur, aliiſque ut ſequantur duces ſumus; non tamen, & illum morem damnamus. In Lyricis præterea perpetuum non eſt quod mox de majuſculâ initio versûs reponendâ ſancivimus; non-

D d nul-

nulli enim perpetuò minuſculam pingunt; niſi punctum præceſſerit; uti apparet ex ſeqq. Strophe.

Inſculpta cœlo gloria ſoſpitat
heroas, anni cætera ſubruunt;
aulæq;, ſceptroq;, & columnis
excidium ſua dixit ætas.

quibus in locis accuratiores typi ubique volunt majuſculam; & quidem, ut reor, ſaniori judicio.

6. Adjectiva quædam, quæ ſunt alicujus propria, vel excellentiam exprimunt, ut: *Deus Opt. Max. Pont. Opt. Max. Vir Clar. &c.* Nomina item multitudinem exprimentia, ut: *Concilium, Senatus, Collegium, Seminarium, Communitas &c.* Feſtorum quoque nomina, & Artium, ut: *Paſcha, Pentecoſte, Aſſumptio, Aſcenſio, Corpus Domini &c. Aſtrologia, Rhetorica, Juriſprudentia, Mathematica, Algebra, Architectonica, Perſpectiva &c.* Religioſorum itidem Ordinum, atque Sectarum, ut: *Benedectini, Dominicani, Auguſtiniani, Cartuſiani &c. Turcæ, Judæi, Calviniſtæ, Carpocratiani, Cerinthiani, Lutherani &c.*

II. Græcorum veteres nomina propria, ut alibi à nobis dictum, majuſculâ non inſignivere; ſed eis dumtaxat lineolam ſuperinducebant. Poſt punctum verò, pro libito ſimiliter grandiuſculum elementum ponebant; quod etiam moris hæreditarium fuit

re-

recentioribus; qui inſuper nomina quædam ſummi cultûs, ac reverentię, Dei ſcilicet, & Sanctorum, non lineolà ſuperpoſitâ, ſed majuſculâ diſtincta voluere. Uſum, carminum initia per majuſculam ſcribēdi communem habent cum Latinis Græci noſtris temporibus: num vero iſti à majoribus acceperint, ut illi, dubium,

III. De Poſituris, præter eos, quos in hac Parte Tertiâ recenſuimus, Nicanor Grammaticus librum ſcripſit, adeòque dictus στιγματίας, auctore Euſtachio. Scripſit & Diomedes diligenter lib. 2. & Lipſius Epiſtolâ ed Hubertum Audejantinum, & qui ei ſucceſſit Erycius Puteanus, in *faculâ*, ut appellat, *diſtinctionum*. Inſuper Æneas Silvius Picolomineus de Rhet. Præcepto 49. quod inſcribitur *de modo punctandi*. Albertus de Eiib Miſcellan. cap. *de modo punctandi*: & communiter omnes Grammatici in calce ſuarum Inſtitutionum, paucula de Interpunctione habent, de quâ hæc à nobis dicta ſufficiant; quæ ſi non placuerint, ſibi quiſque ex iis, qui de his verba fecere, eligat quem ſequatur; *aut alium quærat* (ut Aldi verbis loquar) *qui ſatisfaciat magis, ſi quis eſt alius, qui de diſtinctionibus meliora ſcripſerit. Nos quæ potuimus dedimus, meliora daturi ſi habuiſſemus.* Non enim aliâ de cauſâ, quàm ad Majus

Pietatis Incrementum, & Adoleſcentium præcipuè, noſtræ curæ commiſſorum utilitatem, quæcumque futura ſit, hoc operis ſumus aggreſſi; atq; adeo monitos volo Epitecti ſententiâ, qui nec minima in quovis ſtudio præcipit eſſe deſpicienda.

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX
RERUM NOTABILIUM,
quæ in hoc Opere continentur.

Prior numerus *Partem*, ſecundus *Caput*, tertius *Numerum marginalem*, quartus *Paginam* notat.

A

A *prima Latinorum, Græcorum, Hebræorum, Ægyptiorum litera*. Par. 1. Cap. 6. Num. 1. Pag. 39.
Hujus literæ forma, & ſignificationes. Ibidem.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 2. 80.
Literæ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1. 15. 2. 148.
Accentûs Ætymologia; Definitio, & varia illi data nomina. 2. 2. 2. 260. *Accentuum figura*. 2. 2. 4. 261. *Quibus de cauſis introducti ſint Accentus*. 2. 2. 3. 260. *Eorum tam apud Græcos, quàm apud Latinos numerus*. 2. 2. 4. 261. *Quo tempore cœperint à Græcis Accentus frequentari*. 2. 3. 2. 265. *Ubi* collocandi *ſint in Græcis Dictionibus*. 2. 4. 1. 269. *Ubi pronunciandi ſint in latinis Dictionibus*. 2. 5. 1. 277. *uſque ad* 284. *Accentuum nobis corrupta eſt pronunciatio*. 2. 5. 5. 284. *Accentûs Acuti uſus in Latinis vocibus ſcribendis*.

dis. 2. 6. 1. 285. uſque ad 291. Uſus Accentûs gravis in Latinis, atque Italis ſcribendis vocibus. 2. 7. 1. 291. uſque ad 298. Uſus Accentûs circumflexi in Latinis ſcribendis vocibus. 2.8.1. 298. uſque ad 307. Accentu quidam Typographus verba omnia notabat. 1. 10. 5. 101.

Admirationis punctum quid ſit, quibuſque locis uſurpari debeat. 3. 7. 1. 407. uſque ad 410.

Alphabeti novi ſpecies, ordo, & inventor. 1. 10. 5. 100. & 101.

Alphabeti literæ omnes ad numeros indicandos aſſumebantur. 1. 19. 3. 235.

Antiſtaſis, ſeu meliùs Antiſtoechon Orthographiæ figura quid ſit. 2.11.4.328.

Aphæreſis Orthographiæ figura quid ſit. 2. 11. 3. 326.

Apocope Orthographiæ figura quid ſit. 2. 11. 3.327.

Apoſtrophi, ſive Eliſionis nota, & ejus apud veteres uſus. 2. 10. 1. 317. & ſeq. Quando à nobis ſit opponenda Latinis vocibus. Ibid. pag. 319. Græcis valdè uſitata eſt. 2. 10. 5. 320. Quando Italis in uſu eſſe cæperit. 2. 10. 6. 321. Ubi in Italis vocibus apponi debeat. Ibid.

Arithmeticorum numerorum Inventores. 1. 19. 4. 237.

Aſteriſcus quid ſit, quibuſque fungatur muneribus. 2. 12. 1. 329.

Auctores maximè perlegendi ad rectè ſcribendum. 2. 1. 2. 246.

Digitized by Google

B

Hujus Literæ forma, & ſignificationes. 1.6.2.41.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 2. 81.
Literæ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1.15.2. 149.

C

Hujus literæ forma, & ſignificationes. 1. 6. 3. 42. & 43.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 3. 81. *Quomodo pronuncietur ab Hiſpanis præpoſita vocalibus E, & I.* 1. 11. 2. 119. *Quomodo ab eiſdem pronuncietur juncta cum H.* Ibidem pag. 120.
Literæ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1.15. 2. 151.
Characterum quadruplex genus. 1.6.24.63.
Characteres Romani, quibus Typographi utuntur. 1. 6. 25. 65.
Characterum Ægyptiorum triplex ratio. 1.3.5. 14.
Clavi apud Romanos indices erant Annorum. 1. 19. 1. 230.
Colon quid ſit. 3. 2. 5. 352. *Colo quando utendum.* 3. 4. 7. 379. *uſque ad* 387.
Comma quid ſit. 3. 3. 2. 357. *Commate quando utendum.* 3. 3. 3. 359.
Corruptio linguæ unde antiquitus oriebatur. 1. 10. 4. 100.
Craſis, ſeu Synæreſis quid ſit. 2. 11. 3. 327.

Digitized by Google

D

Hujus literæ forma. 1.6.4.43.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1.8.4.82.
Literæ ejuſdem in alias tranſmutatio . 1. 15. 2. 151.
Dialecticorum apud Græcos varietas. 1. 16.2.182.
Diaſtaſis quid ſit. 3.6.2. 395. *Semipuncti Diaſtaſis ſpecies.* 3.6.3.399.
Diæreſis Orthographiæ figura quid ſit. 2. 11. 2. 325.
*Digamma quid ſit.*2.9.3.313.*Hoc utebantur Æoles pro notâ aſpirationis* . Ibidem.
Diphtongi latinæ uſitatæ, & minus uſitatæ . 1. 14. 1. 141. *Uſitatæ quomodo pronunciandæ* . 1. 14. 3. 143.
Diphtongi Græcæ propriæ, & impropriæ . 1. 14. 2. 142. *Quomodo pronuncient ur* . 1. 14. 6. 145.
Diphthongorum latinarum in ſimplices literas tranſmutatio . 1. 15. 2. 172.
Diphthongorum Græcarum cognatio, ſeu affinitas . 1. 16. 3. 201.

E

Hujus literæ forma. 1. 6. 5. 44.
Literæ ejuſdem pronunciatio . 1. 8. 5. 82. *Quando apertè aut ſtrictè apud Italos ſit pronuncianda.* 1. 10. 9. 104. *uſque ad* 114.

Digitized by Google

Literæ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1.15.2. 153.
Ægyptiorum characterum triplex ratio. 1.3.5.14.
Eliſionis ſive Apoſtrophi, nota vide *Apoſtrophi ſive, Eliſionis nota*.
Epentheſis Orthographiæ figura quid ſit. 2.11.2.325
Exilitas literæ quando habeatur. 1.13.2.135.

F

Hujus literæ forma, & circa eandem obſervationes. 1.6.6.44. & 45. *Fuit olim cum H affinis*. 1.15.2.156.
Literę ejuſdem pronunciatio. 1.8.6.83.

G

Hujus literæ inventor, forma, & ſpecies. 1.6.7.46.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1.8.7.83. *Quomodo ſit pronuncianda in Hiſpaniâ linguâ*. 1.11.2.119. *G, & V præpoſitæ vocalibus E, & I quomodo in eâdem linguâ pronunciandæ*. 1.11.2.121 *Eædem literæ præpoſitæ vocali A quomodo in eâdem linguâ pronunciandæ*. 1.11.2.122.
Litteræ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1.15.2.156.
Græcorum antiqua fuit conſuetudo numerare per literas. 1.19.5.238. *Quam legem ſervaverint in hoc numerandi genere*. 1.19.6.239.
Græcæ Diphthongi; vide, *Diphtongi Græcæ*.

Græ-

Digitized by Google

Græcarum quarundam literarum forma, ſignificatio, & obſervationes. Vide *Literarum quarumdam Græcarum &c.*

Græcæ linguæ diverſi Auctores. Vide *Linguæ Græcæ diverſi Auctores.*

Græcarum Literarum cognatio, & affinitas. 1. 16. 1. 181.

Græcarum, Latinarumque literarum connexio. 1. 17. 1. 207. *uſque ad* 211.

Græcorum antiquorum ſcriptio accentibus deſtituta. 2. 3. 2. 264.

Gallorum pronunciatio à ſcriptione diverſa. 1. 1. 2. 3. Item 1. 11. 3. 123.

Gallicæ Linguæ præcepta. 1. 11. 3. 122. *uſque ad* 131.

Genera tria loquentium. 1. 13. 3. 136.

H

Hujus literæ forma, & ſignificationes. 1. 6. 8. 46.

Hujus literæ fuit apud veteres, modò parcus, modò nimius uſus. 2. 1. 5. 253. *& ſeq. Etruſci antiqui illam frequentarunt, Recentiores eliminarunt.* 2. 1. 6. 255.

Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 8. 85.

Hæbreorum lingua olim omnibus communis. 1. 3. 1. 7

Hiſpanorum pronunciatio à ſcriptione diverſa. 1. 1. 2. 3.

Hyphen, una ex paſſionibus ſyllabarum quid ſit. 2. 10. 7. 323.

Digitized by Google

Hypodiaſtole, altera ex paſſionibus ſyllabarum quid ſit; quoque munere fungatur. 2. 10. 8. 323.
Hypolemniſcus quid ſit. 2. 12. 6. 332.
Hypoſtalis quid ſit. 2. 11. 3. 326.

I

Hujus literæ forma, & ſignificationes. 1.6.9.49.& 50. *Hujus literæ forma quando eſt conſona, & quando vocalis.* 2.13.1.333.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 9. 84.
Litteræ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1. 15. 2. 157.
Interpunctionis neceſſitas; utilitas apud veteres, uſus, & origo. 3. 1. 1. 340. *uſque ad* 349. *Interpunctionis novæ Inventores.* 3.2.1. 349. *Nomina Notarum Novæ Interpunctionis.* 3. 2. 2. 350. *uſque ad* 355. *Interpunctionis Latinæ, & Græcæ exempla.* 3. 2. 9. 355.
Interrogationis punctum quid ſit; & ubi collocandum. 3. 7. 3. 410.
Inventores Literarum. Vide *Literarum Inventores.*
Inſtrumenta loquendi. 1.8.24.91.
Iota litera quomodo in Hiſpanicâ linguâ pronuncianda. 1.11.2.119. *I & O in fine dictionis quomodo in eâdem linguâ pronunciandæ.* 1. 11. 2. 121.
Italicè loquendi, ac ſcribendi diverſa ratio. 1. 10. 3. 98.

Ita

Italicæ literarum transformationes ex latio natæ. 1. 15. 3. 178.
Italicæ linguæ origo. 1. 10. 1. 96.

K

Hujus literæ forma, & circa eandem obſervationes. 1. 6. 10. 50. & 51.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 10. 84.

L

Hujus literæ forma. 1. 6. 11. 51.
Lemniſcus quid ſit. 2. 12. 5. 331.
Literæ hujus pronunciatio. 1. 8. 11. 85. *Quomodo ab Hiſpanis duplex LL pronuncietur.* 1. 11. 2. 120.
Literæ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1. 15. 2. 160.
Latina verba quomodo brevientur. 1. 18. 6. 227.
Linguæ Italicæ origo. 1. 10. 1. 96.
Linguæ corruptio unde antiquitus oriebatur. 1. 10. 4. 100.
Lingua Hebræorum olim omnibus communis. 1. 3. 1. 7.
Linguæ Græcæ diverſi Auctores. 1. 9. 3. 95. *Lingua Græca hauriebat cum lacte Accentuum rationem.* 2. 3. 2. 264.
Linguæ Gallicæ præcepta. 1. 11. 3. 122. *uſque ad* 131.
Literarum ætimologia. 1. 2. 2. 5. *Definitiones.* 1. 2. 3. 6.

Digitized by Google

3. 6. Diviſio. 1.5.1.33. Varia magnitudo. 1. 6. 25. 65. Ordo. 1. 5. 3. 36. Circa maiuſculas literas obſervationes. 1.6.26.66.

Literarum Inventores. 1.3. 3. 9. Chaldaicarum Inventores. 1. 3. 6. 16. Ægyptiarum Inventores 1. 3. 5. 12. Gothicarum Inventores. 1. 4. 9. 29. Græcarum Inventores. 1.4.1.19.

Literarum quarundam Græcarum forma, ſignificatio, & circa eas obſervationes. 1. 7. 1. 67. uſque ad 79. Poteſtas, ſeu pronunciatio. 1. 9. 1. 92. uſque ad 96.

Literarum quarundam latinarum in ſono proprietates. 1.12.1.132.

Literarum diverſæ magnitudines apud Typographos. 1.6.25.65.

Literæ exilitas quando habeatur. 1.13.2.135.

Literarum Italicæ transformationes ex Latio natæ. 1. 15. 3. 178.

Literarum mutationes in Italis vocibus. 1. 15. 4. 179.

Literarum Græcarum cognatio, & affinitas. 1. 16. 1. 181.

Literarum Latinarum, Grecarumque connexio. 1. 17. 1. 207. uſque ad 211.

Literæ omnes Alphabeti ad numeros indicandos aſſumebantur. 1. 19. 3. 235.

Locutio Syriaca unde exorta. 1. 3. 7. 18.

Loquentium tria genera. 1. 13. 3. 136.

Loquendi inſtrumenta. 1. 8. 24. 91.

Hu-

Digitized by Google

M

Hujus literæ forma, & circa eandem obſervationes. 1. 6. 12. 52.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 12. 85.
Literæ M in N tranſmutatio. 1. 15. 2. 161.
Majuſcularum uſus. 2. 14. 2. 338. & 3. 8. 1. 413.
Majuſculas Græci non adhibebant. 3. 8. 2. 416.
Metatheſis Orthographiæ figura quid ſit. 2. 11. 4. 327.
Minuſcularum literarum Obſervationes. 1. 6. 26. 66
Monogramma quid ſit. 1. 18. 7. 228.
Mutationes literarum in Italis vocibus. 1. 15. 4. 179.

N

Hujus literæ forma, & circa eam obſervationes. 1. 6. 13. 53.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 13. 85. *Quomodo pronuncietur ab Hiſpanis.* 1. 11. 2. 120.
Literæ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1. 15. 2. 161.
Notæ quid ſint; earum duplex genus. Primi generis notæ quomodo definiantur. 1. 18. 1. 217. & 218. *Notarum uſus, ac Inventores.* 1. 18. 2. 218. *Notarum quarundam antiquarum expoſitio.* 1. 18. 4. 222. *Notarum depravationes unde exortæ.* 1. 18. 5. 226. *Notæ à quibuſdam prohibitæ.* Ibid. pag. 227. *Notarum novæ interpunctionis nomina.* 3. 2. 2. 350.

No-

Notariorum veterum mira celeritas. 1. 18. 2. 219. *Datum illis Encomium.* Ibid. pag. 220.
Numerorum Romanorum ratio. 1. 19. 1. 231.
Numerorum Arithmeticorum Inventores. 1. 19. 4. 237.

O

Hujus literæ nomina, & ſignificationes. 1. 6. 14. 53.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 14. 86. *Quando apertè aut ſtrictè ſit pronuncianda.* 1. 10. 9. 114.
Literæ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1. 15. 2. 162.
Obelus quid ſit. 2. 12. 4. 331.
Orthographiæ definitiones. 1. 1. 1. 2. *Figuræ,* 2. 11. 1. 324. *Quot modis fiant.* Ibid. *Aliæ Orthographiæ obſervationes.* 2. 14. 1. 337. & ſeqq.

P

Hujus literæ forma, & circa eam Obſervationes. 1. 6. 15. 54.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 15. 86. *In fine à Gallis non pronunciatur.* 1. 11. 7. 128.
Literæ P. in B. tranſmutatio. 1. 15. 2. 163.
Paragoge, Orthographiæ figura quid ſit. 2. 11. 2. 325.

Paraghraphi varia forma, & uſus. 2. 12. 2. 330.
Parallepſis quid ſit. 2. 11. 3. 320.
Parentheſis quid ſit. 3. 6. 4. 401. *Parentheſi quando utendum.* 3. 6. 5. 401. uſque ad 406.
Paſſiones ſyllabarum quot, & quales ſint. 2. 10. 1. 316. & ſeq.
Periodus Interpunctionis nota quid ſit. 3. 2. 7. 353. *Quando Periodo utendum.* 3. 5. 3. 390. uſq; ad 394.
Praxis una rectam vocum ſcriptionem inveſtigandi. 2. 1. 3. 247.
Proſtheſis, Orthographiæ figura quid ſit. 2. 11. 2. 325.
Prænomina à Romanis abbreviata. 1. 18. 3. 220.
Pronunciatio Gallorum à ſcriptione diverſa 1. 1. 2. 3. Item 1. 11. 3. 123.
Pronunciatio Hiſpanorum à ſcriptione diverſa. 1. 1. 2. 3.
Pronunciatio Accentum nobis corrupta. 2. 5. 5. 284.
Punctum mobile quid ſit. 3. 2. 6. 352. *Quando utendum Puncto mobili* 3. 5. 1. 387. uſque ad 390.
Punctum Admirationis quid ſit; quibuſque in locis uſurpari debeat. 3. 7. 1. 407. uſq; ad 410.
Punctum Interrogationis quid ſit, & ubi collocandum. 3. 7. 3. 410.

Q

Hujus literæ forma, & poteſtas. 1. 6. 16. 54.

Li-

Digitized by Google

Literæ ejuſdem pronunciatio. 1.8.16.86. *Q, & V. quomodo in linguâ Hiſpanicâ pronunciandæ.* 1. 11. 2. 121.
Literæ Q in C tranſmutatio. 1. 15. 2. 164.

R

Hujus literæ forma, & circa eam obſervationes. 1. 6. 17. 55. & 56.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 17. 87.
Literæ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1.15.2. 164.
Regio quælibet domeſtico, ac familiari pronunciationis vitio notatur. 1. 13. 4. 138.
Romanorum numerorum ratio. 1. 19. 1. 231.

S

Hujus literę forma, & circa eam obſervationes. 1. 6. 18. 56.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 18. 87.
Literæ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1. 15. 2. 165.
Scriptio locationem ſequi debet, non è contra. 1. 1. 3. 3.
Scripturæ triplex genus. 1. 18. 1. 217.
Scribendi recta ratio dupliciter cognoſcitur, & comprobatur. 2.1.1.244. *Tripliciter vitiari poteſt.* 8.1.5.253.
Scriptio antiquorum Grecorum accentibus deſtituta. 2.3.2.264.

Digitized by Google

Semicolon quid ſit. 3. 2. 4. 351. *Quando ſemicolo utendum*. 3. 4. 1. 375. *uſque* 379.
Sermo vulgaris inter ejuſdem Provinciæ incolas multoties non intelligitur. 1. 10. 3. 99.
Sonus verborum pluribus conſtat literis, quàm ſcriptio. 1.10.6.101.
Spiritus quid, & quotuplex ſit. 2. 9. 1. 310. *Forma ſpirituum quotuplex ſit*. Ib.pag.311. *Spirituum in Græcis vocibus collocatio*. 2.9.4.313. uſque ad 316.
Syllabarum recta diviſio unde dependeat. 1. 17. 1. 207.
Syllaba à quibus literis terminetur. 1.17.2.211.
Syllabas rectè diſcriminare in ſcribendo adoleſcens docetur. 1.17.3.212. *Docetur pariter ſyllabas rectè dividere in Italicâ ſcripturâ*. 1.17.4.215.
Syllabarum paſſiones quot, & quales ſint. 2. 10. 1. 316. & *ſeq*.
Syncope, Ortthographiæ figura quid ſit. 2.11.3.327.
Synereſis ſeu Craſis, Orthographiæ figura quid ſit. 2. 11.3.327.
Syriaca locutio, undè exorta. 1.3.7.18.

T

Hujus Literæ forma, & circa eam Obſervationes. 1. 6. 19. 57.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 8. 19. 87. *Quando pronuncietur à Gallis in fine dictionis*. 1. 11. 7. 128.

Ty-

Digitized by Google

Typographi quadruplici characterum genere utuntur. 1.6.24.63.

V

Hujus Literæ forma, & circa eandem obſervationes. 1.6.20.58. Hujus literæ forma quando eſt conſona, & quando vocalis. 2. 13. 1. 333. V conſona deſignabatur ab Antiquis per F inverſum. 2.13. 3.336.

Literæ ejuſdem pronunciatio. 1. 6. 20. 88. V ſimplex quomodo à Gallis pronuncietur. 1.11.7.127. Quomodo ab Hiſpanis pronuncietur. 1. 2. 11. 121.

Literæ ejuſdem in alias tranſmutatio. 1.15.2.167.

Verba omnia Nerius Dortellata accentu notavit. 1. 10.5.101.

Verborum ſonus pluribus conſtat literis, quàm ſcriptio. 1.10.6.101.

Verba Latina quomodo brevientur. 1.18.6.227.

Virgula Interpunctionis nota quibus in locis ſit collocanda exemplis tum Latinis, tum Græcis oſtenditur. 3. 3. 3. 359.

X

Hujus Literæ forma, & circa eam Obſervationes. 1.6.21.60.

Literę ejuſdem pronunciatio. 1.8. 21.89. X in fine ante vocalem quomodo à Gallis pronuncietur. 1. 11.7.127.

Digitized by Google

Literæ ejuſdem in alias reſolutio. 1.15.2.171.

Y

Hujus literæ forma, & circa eam Obſervationes. 1.6.22.61.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1.8.22.89.

Z

Hujus Literæ forma, & circa eam Obſervationes. 1. 6.25.62.
Literæ ejuſdem pronunciatio. 1.8.23. 90. *Quomodo in Hiſpanicâ linguâ pronuncianda.* 1.11.2. 171.

Finis Indicis rerum Notabilium.

Digitized by Google

APPROBATIO

Academiæ Arcadum.

Librum P. Sigiſmundi Coccapani à S. Silverio Aſſiſtentis Generalis Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, inter Arcades Orſili Phelluntini Vicecuſtodis Coloniæ Marianæ Arcadum, inſcriptum, *Græcæ, & Latinæ Linguæ Orthographicæ Obſervationes*, nobis perlegendum, & examinandum traditum, Paſtoritio nomine, communique ſigno edendum, ac pervulgandum cenſemus.

Opicus Erymantheus P. Arcas
Philacides Eliacus P. Arcas
Eniſus Pelaſgus P. Arcas.

Quando ita viſum eſt Cenſoribus, qui librum ſupra enunciatum Orſili Phelluntini perlegerunt, perlectumque probarunt, Paſtoritio nomine illum edere, communique ſigno imprimere Jus eſto. Datum in Collegio Arcadum ix. poſt xx. Scirophorionis II.

ca-

Digitized by Google

cadentis, Anno iv. Olympiadis DCXXI. ab A. I. Olymp. v. Ann. III.

Alpheſibeus Carius generalis Arcadiæ Cuſtos.

Loco ✻ ſigilli.

Ageſilus Brenticus S. C.





Digitized by Google

E R R A T A

Prior numerus Paginam, ſecundus Lineam denotat.

2. 23. prouunciare, pronunciare. *19.* 11. Fhænix, Phænix. 21. 14. Gtæcia, Græcia. *35*. *6*. Αxφα, Αλφα. 44. 26. Gemma, Gamma. 48. 15. Potnus, Pontanus. 55. 13. canabatur, conabatur. *68* *9*. rutunda, rotunda. 75. *9* edididiſſe, edidiſſe. 83. *6*. ſentententiam, ſententiam *94*. *9*. ſed β, ſed ante β. *96*. 22. Itala, & Gallica. Itala, Hiſpana, & Gallica. *97*. 10. quas, quæ. 101. 2. Mox M. Claudius, Mox Claudius. 101. 5. rerejecit, rejecit. 104. 18. penultiã, penultimam. 107. 11. lego, leggo. 110. 30. febretta, febbretta. 111. 27 fede, melo, melo. 112. 5. immunitũ, imminutum. 115. 28, Cononica, Canonica. 116. 10 *hora*, hora &c. *ora*, hora. ib. 15. gorgiu, gorgia. 117. 2. molto, motto. 119. *9*. litera G. litera C. 150. 19. atrum, utrum. 159. 27. A C. V. Ab. V. C. 159. 30. AC. V. Ab. V. C. 161. 14. litetæ, literæ. 168. protulir, protulit. 181. 10. conferte, conferre. 182. 7. proviuciã, provinciã. ib. 17. recipi, recepi. 183. 3. ponendam, ponendum. 195. 12. nobi, nobis. 253. 24. frequenquentiſſime, frequentiſſime. 289. 24. neveé, nevé. 290. 1. muſaque, muſáq; 302. 2. conra, contra. 309. 28. duplax, duplex. 319. 18. literum, literarum. 338. 21. liiera, litera. 341. 12. ſripta, ſcripta.

MAG 2012149

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google